This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL
3 3433 00046766 6

180

KAC
317 F

Geography-History: Ancient: Greece: Strabo
(I.e)

STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBRI XVII.

GRAECA AD OPTIMOS CODICES MANVSCRIPTOS
RECENSVIT,
VARIETATE LECTIONIS, ADNOTATIONIBVSQVE
ILLVSTRAVIT,
XYLANDRI VERSIONEM
EMENDAVIT

IOANNES PHILIPPVS SIEBENKEES
PROFESSOR ALTORFINVS.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK
NEW YORK PUBLIC LIBRARY

TOMVS PRIMVS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.
MDCCXCVI.

Strabo 1796

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO

DOMINO

STEPHANO BORGIA

S. R. E. CARDINALI PRESBYTERO

LITTERARVM BONARVM STATORI

INSIGNI

RERVM ANTIQVARVM POPVLORVM,

AEGYPTIORVM, GRAECORVM, ITALORVM

SCRVTATORI SAGACISSIMO

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

FAVTORI SVO

RELIGIOSISSIME DEVENERANDO

PRO

MVLTIS MAGNISQVE IN SE COLLATIS

BENEVOLENTIAE SIGNIS

GRATAM ATQVE PIAM MENTEM

QVOQVO MODO FIERI POTEST

TESTATVRVS

HANC STRABONIS EDITIONEM

D. D. D.

EDITOR.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

PRAEFATIO.

Nihil minus, ante annos non ita multos, cogitavi, quam fore unquam, ut Strabonis operis geographici praeſtantiſſimi editio nova meis quantuliscunque curis pararetur. Etenim cum in bibliotheca Marciana Veneta ad Strabonis codices perluſtrandos me applicare conſtituerem, id tantummodo conſilii habui, ut ex iis addiſcerem: quaenam eſſent, quae in praeclaro illo, ſed temporum miſeria, librariorumque ineptorum incuria peſſime accepto ſcriptore, opitulantibus codicibus emendari, melioremque ad ſtatum et conditionem revocari poſſent; minime autem ita ambitioſe de me cogitavi, qui putarem, me unquam operis ipſius editionem paraturum, onusque humeris meis tam impar eſſe ſuſcepturum. Poſtea vero, doctorum virorum, ad quos de ſtudiorum meorum ratione, et de Strabonis codicibus Venetis, eorumque valore et praeſtantia, nonnulla ſcripſeram, epiſtolis ad me miſſis, admonitus et excitatus, ut hanc rem ſerio agerem, Strabonisque patrocinio ſuſcepto, de nova eius ad codices inſtituta et exacta editione paranda cogitarem; tenuitatis meae conſcius, diu quidem in hanc arenam deſcendere haeſitavi; attamen deſiderio tantorum virorum ut plane deeſſem, a me impetrare non potui.

Qua provincia ſuſcepta, emendatoris textus perſonam praecipue mihi induendam intelligens, ante omnia id agendum exiſtimavi, ut codices, antea

tantum in locis aperto in mendo cubare, r delaque prae primis egere mihi viſis, conſult denuo recognoſcerem, ſummaque cura et ad ſing la verba cum exemplis formulis deſcriptis compa rem; deinde ut anquirerem, anne praeter libr ipſum Strabonis textum complexos, alia proſtare in bibliothecis, ad hunc auctorem ſublevandum cientia. Quem laborem, ſemper oneris, neque ra faſtidii plenum non omnino incaſſum a me exceptu mihi gratulor. Quamvis enim longe maxima corruptelae, qua Strabo tenetur, partem, ad unu omnibus, quos evolvere mihi licuit, codicibus, i inſiſtere, deprehendi, ut de illius textui reconciliar da integritate priſtina plane deſperandum ſit; nihi lominus tamen eorum ope locis ſingulis medicinar talem adferri poſſe reperi, quae meam ipſius ſper longe ſuperaret. Quinam autem codices a me ex acti ſint, declaraturus ſum, ſi pauca antea, ſumma rumque tantum linearum habita ratione, de fonti bus expoſuero, ex quibus Strabo in opere geogra phico conſtruendo praecipue hauſiſſe videatur.

Quo vero in argumento neminem unquam verſaturum exiſtimem, quin variis afficiatur anim motibus. Etenim, ratione tantum habita fontium, quos Strabo adiit: quis eſt, qui, vel diligentiam ſuam in convocandis et ſeligendis ſcriptoribus, vel ingenii perſpicaciam et acumen, in notitiis, exinde petitis, diiudicandis ordinandisque non miretur. Verum, ſi alios ſcriptores, ſumma fide dignos, nullique geographo praetereundos, ipſi aut plane neglectos, aut non ea, qua debuit, diligentiae cura tractatos conſideremus, iure doleamus neceſſe eſt, ipſum commiſiſſe, quae in altero graviter reprehenderet.

Magnus ſane fontium apparatus fuit, quo Strabo in orbis terrarum deſcriptione uti poſſet. Namque,

que, non Graecorum tantum, Romanorumque ſcriptorum, de rebus ad geographiam explanandam facientibus, notitias praeclaras ſubminiſtrantium copiam habuit ampliſſimam, ſed in itineribus a ſe inſtitutis obſervata, multa ſibi praebuere, priorum geographorum ſententiis evertendis, corroborandis, illuſtrandis, ſupplendis inſervientia. Praeſtitit enim Strabo caeteris in hoc, ut, parte orbis terrarum haud exigua perluſtrata, complura ipſe oculis intuitus ſit, accuratiusque explorarit, reliquis auditu tantum vago et incerto cognita [1]). In Aegypto enim cum eſſet, cum Aelio Gallo, quem Octavianus Auguſtus huic provinciae praefecerat, totam Aegyptum ad Syenem usque, et regiones Aethiopiae conterminas perluſtravit; deinde multorum annorum decurſu profectiones inſtituit per maximam Aſiae minoris et ſuperioris partem; per oram Africae ad ſeptemtrionem maritimam; per inſulas tantum non omnes maris mediterranei; per Graeciam denique et Italiae inferioris partes ad Ligurorum usque fines. Quapropter non uno tantum loco gloriatur, ſe, in itinere verſus occaſum ab Armenia usque ad Etruriae terminos, meridiemque verſus a ponto Euxino ad Aethiopiae regiones finitimas facto, plus terrarum vidiſſe, reliquis ante ſe orbis terrarum deſcriptionem aggreſſis. Quantam vero, in hiſtoriam, locorum conditionem, hominumque ingenia et mores inquirendi copiam hoc in itinere habuerit, in promtu eſt iudicare.

Et in ſubſidia, quorum Straboni in regionum ipſi non peragratarum expoſitione conſtruenda, conſulendorum poteſtas fuerit, ſi inquiramus, ea nec minus praeclara, quam copioſa variaque iudicemus,

1) De itinere a ſe facto II, 179. A. XVII, 1170. C. Strabo praecipue loquitur etc.

neceſſe eſt. Etenim praeter geographos orbis t
rarum deſcriptionem declarantes, praecipue hi
riarum ſcriptores fuerunt, qui notitiarum ad cog
tionem populorum ampliorem facientium copi
infinitam illi ſubminiſtrarent. Iam multa ante
cula *Herodotus*, de quibusdam Aſiae regionibus i
ter Pontum Euxinum mareque Hyrcanum ſitis, n
non de Africae verſus ſeptemtrionem interioris p
tibus praeclare expoſuit [1]); omnis ille terrarum tr
ctus a monte Caucaſo ad Indum fluvium, regione
que maritimae ad oceanum Indicum ſinumqu
Perſicum, a comitibus Alexandri, in Perſicis e
Indicis expeditionibus, partim in regis illius re
rum geſtarum expoſitione, partim itinerariis e
periplis illuſtratae ſunt. maritima ſinui Arabico
pontoque Euxino contermina, ſub Ptolemaeo Phi
ladelpho, et Seleuco Nicatore, accuratius innotue
re; tandem ſcriptoribus Romanorum expeditiones
celebrantibus, via ad regionum verſus occidentem
ſolem, boreamque ſitarum cognitionem aperta eſt.
Alii porro ſcriptores complures κτισεις, i. e. origi-
nem et fata ſingularum civitatum, demonſtrarunt;
nonnulli, quorum agmen ducit *Ariſtoteles*, in ex-
ponendis regionum natura, mirabilibusque verſati
ſunt; quin ipſis ex poetarum commentis eorumque
interpretibus multa convocari potuere, quibus geo-
graphus ad ſingulorum locorum cognitionem accu-
ratiorem duceretur. En itaque fontem quadruplicem, e quo Straboni orbis terrarum deſcriptionem compoſituro hauriendi facultas eſſet: geographi, hiſtoriarum cum civilis tum naturae ſcriptores, poetae, eorumque interpretes.

Inter

1) Loca Herodoti ad geographiam praecipue praeclara ſunt, Lib. I, 104. 203. ſeq. IV, 181 — 185. 236. ſeq. 252. ſeq. V, 1—52.

Inter geographiae ſcriptores alii operam in univerſi terrarum orbis facie deſcribenda collocarunt, alii ſingulas tantum eius partes illuſtrandas ſumſere. E primis Strabo ob oculos habuit *Hecataeum Mileſium*, *Artemidorum Epheſium*, *Eudoxum Gnidium*, et, quem ducem principem ſecutus eſt, *Eratoſthenem Cyrenaicum*. Is, cuius eruditio vaſta antiquis non minus, quam diligentia et aſſiduitas, qua libris legendis incubuit, celebratur, auctor extitit operis geographici, Τπομνηματα γεωγραφικα, vel, ut nonnullis videtur, Γεωγραφουμενα inſcripti; quo, cum rerum ſelectu, tum argumenti tractatione omnes, ante ſe geographiae ſcriptores, poſt ſe reliquit. Cuius auctoris veſtigiis Strabo ita inſtitit, ut Eratoſthenianum opus potius repetiiſſe, curisque ſuis emendatius edidiſſe, quam plane novam geographiam conſtruxiſſe dicendus ſit. Severi quidem eius cenſoris potius, quam imitatoris perſonam Strabo tueri conatur; verumtamen notitias ad geographiae mathematicae et phyſicae partem pertinentes, paucis exceptis a *Polybio*, *Poſidonio*, et *Hipparcho* mutuatis, omnes Eratoſtheni eum debere, iam dudum viris doctis exploratum eſt. *Artemidorum* [1]), cuius orbis terrarum deſcriptionem libris XI. diſtinctam [2]), *Diodorus Siculus*, *Plinius* [3]), *Athenaeus*, alii, concelebrant, praecipue Strabo ſecutus eſt circa diſtantiarum rationes conſtituendarum. Sic iuxta illius computationes Sardiniae a continenti diſtantiam [4]), regionum ad ſinum Ta-

1) De *Artemidoro* circa Ol. CLXIX claro vid. *Fabr.* B.Gr.T.III 402. ſq. ed. *Harles.*

2) *Porphyrius* de antro Nympharum p. CXIV. in fronte Homeri Odyſſ. edit. Barnes. Artemidori opus *Marcianus Heracleota* in compendium redegit.

3) *Hiſt. Nat.* III, 17. IV, 37 etc.

4) *Strabo* V, 224. B.

rantinum dimenſionem [1]) intervallum inter Pachynum promontorium Taenarumque [2]) conſtituit. Nec minus illo auctore uſus eſt in deſcriptione Aſiae ſuperioris [3]), ſinus Arabici [4]), Peloponneſi [5]), aliisque regionibus, quibus recenſendis ſuperſedeo. At, plura *Artemidori* olim in Straboniano textu extitiſſe, quae noſtri libri non agnoſcunt, demonſtratum dari poteſt e codicibus manuſcriptis, imprimis e praeſtantiſſimo Vaticano, nr. CLXXXIII, qui, inter alia, quae textui reſtitui, locum lib. VIII, 597. A. ubi de diſtantia inter Maleam promontorium et Iſtrum, ſecundum Polybii et Artemidori ſententiam, ſermo eſt, vulgatis ita expreſſum: Πολυβιου δ' ειρηκοτος το του Μαλεαν επι τας αρκτους μεχρι του Ιστρου διαστημα περι μυριους σταδιους· ευθυνει τουτο ὁ Αρτεμιδωρος ουκ ατοπως. κατ' εκεινον γαρ συμβαινειν εξακισχιλιων πεντακοσιων, ſic legit: Πολυβιου δ' ειρηκοτος το του Μαλεαν επι τας αρκτους μεχρι του Ιστρου διαστημα περι μυριους σταδιους· ευθυνει τουτο ὁ Αρτεμιδωρος ουκ ατοπως. Επι μεν Λιγιον χιλιους και ..... ους ειναι λεγων εκ Μαλεων ὁδον· ενθενδε δ' εις ..... διακοσιων· ενθενδε δια Ηρακλειας ..... πεντακοσιων ὁδον· ειτα εις Λαρισσαν ..... τριακοσιων τετταρακοντα ..... Νικειαν εξακοσιων εξηκοντα· ενθενδε και Στοβων και Δαρδανιων ..... εξακισχιλιων πεντακοσιων. En praeclari Artemidori loci fruſta a librariis e textu reiecta [6]). Alia, ex eodem ſcriptore excerpta populorum inſtituta moresque

1) *Strabo* VI, 401. C.
2) *Idem* VI, 409. A.
3) *Strabo* XIV, 979. B.
4) *Idem* XVI, 1114. C. ſeq.
5) *Idem* VIII, 335. B.
6) Multa e Strabonis textu excidiſſe vel e ſolo *Stephano* demonſtratum dari poteſt. Cf. *Stephan.* Καλλιαρος cum *Strab.* IX, 652. B. v. Κρουσις, Ταναις, Σφηνος. al. Alias huc pertinentes obſervationes praebet *Euſtathius* in comment. ad Homerum.

resque respiciunt, ut, quae Strabo de feminarum ornatu in Hispania, de Ephesiorum institutis, Lyciaeque civitatibus enarrat, declarant [1]). *Eudoxo Gnidio* [2]), Platonis auditori et comiti in Aegyptum profecti, quem inter alia, quibus Strabo in opere geographico concinnando uti posset, quorum recensum vid. ap. *Fabricii* B. Gr. T. IV. p. 1. seqq. γης περιοδον composuisse e *Plinio*, *Athenaeo* aliis constat [3]), varia debet; praecipue vero eum adhibuit in Graeciae finibus [4]), Asiaeque superioris memorabilibus exponendis [5]).

Ex geographiae scriptoribus, singularum regionum statum et conditionem illustrantibus inter Strabonis fontes prae caeteris recensendi sunt: *Apollonides Nicaenus* scriptor, ut coniicio secundo ante C. N. claro, cui *Scholiastes* Apollonii Rhodii [6]) περιπλουν Ευρωπης attribuit. Quem de Asiae nonnullis regionibus exposuisse, praeter Scholiastae ex eo citata [7]), declarant, quae Strabo in Mediae et Armeniae expositione illi debet [8]). *Dicaearchus*, geographo notitias de oris maritimis regionum mari interno adiacentium obtulit [9]). *Menecratis* Ελληστοντιακην περιοδον adhibuit, Halizonum commigrationes

1) *Strab.* III. p. 249. B. XIV, 951. B. 981. C. *Artemidorus* etiam scripsit Τρομηματα Ιωνικα. *Athenaeus* III, 111. D. quos Strabo ob oculos habuisse videtur, de Ioniae priscis civitatibus referens. Utrum autem ea, partem solummodo operis illius geographici constituerint, an librum peculiarem, definire non possum.

2) Nisi potius Rhodius fuerit, uti b. *Semlero* videbatur in Miscell. lect. II. p. 26. s. innixo *Diogene Laërt.* VIII, 90.

3) Vid. *Fabric.* Bibl. Gr. IV, 12. seq.

4) *Strab.* IX, 598. B.

5) *Idem* XI, 778. A. XIII, 873.

6) Ad Argon. IV, 974. conf. *Vossium* de Histor. gr. T. IV. opp. p. 163.

7) Ad Argonaut. II, 955.

8) *Strab.* XI, 794. B. 800. C.

9) *Idem* III, 205. A.

tiones enarrans [1]). *Metrodoro Scepſio*, Mithridatis Eupatoris aequali uſus eſt in monte Caucaſo deſcribendo [2]). Multa quoque ad Aſiae verſus orientem et auſtrum partes accuratius cognoſcendas Straboni ſubminiſtrarunt Alexandri magni comites, in itinerum eiusdem regis iuſſu factorum deſcriptione. Quorum e numero praeprimis Strabo *Calliſthenem Olynthium* et *Nearchum* in conſilium adhibuiſſe perſuaſus ſum. Ille enim praeter Alexandri rerum geſtarum, et Graecorum a pace inter Graecos et Artaxerxem confirmata hiſtoriam [3]), periplum concinnaſſe, ex *Scholiaſte* Apoll. Rhodii [4]) compertum eſt; quo forte Strabo uſus eſt, de Halicarnaſſo, Sardibus, et Milete exponens [5]). Fragmentum autem eiusdem ſcriptoris de Alexandri ad Ammonis oraculum profectione, ex commentariis eius de rebus Alexandri deſcriptum videtur [6]). *Nearcho*, gubernatori navis, vel ut ipſe de ſe gloriabatur, claſſi Alexandri in ſinu Arabico praefecto [7]), auctori *περιπλου εκ της Ινδων γης κατα την μεγαλην θαλασσαν* [8]), Strabo haud optimam quidem fidei partem tribuit [9]); attamen praeclaras quasdam ab eo notitias excepit, quas inter potiſſimae ſunt, de populis Medorum conterminis, de memorabilibus et animalibus Indiae; de ſinu Perſico, et inſulis in eo ſitis; de Brahmanorum inſtitutis et moribus, de Ariana [10]). *Timoſthenes* Ptolemaei II. claſſi praefectus [11]) opus compoſuit *περι λιμενων* [12]), ſive, ut *Stephanus By-*

1) *Strab.* XII, 828. B.
2) Idem XIII, 907. f.
3) *Athen.* XIII, 360. C. *Diodor. Sic.* XIV, 325.
4) Ad Argonaut. II, 776.
5) *Strabo* XIII, 909. C. 930. B. XIV, 942. B.
6) Idem XVII, 1168. A.
7) *Strabo* XV, 1055.
8) *Arrianus* de exped. Alex. VII. p. 149.
9) *Strabo* II, 121.
10) *Idem* XI, 795. C. XV, 1011. A. 1013. A. 1031. ſeqq. 1043. D. 1049. B. 1056. A. XVI, 1111. A.
11) Idem IX, 645.
12) *Strabo* III, 205.

Byzantinus ait, Σταδιασμος inſcriptum [1]), et Eratoſtheni, ſecundum *Marcianum Heracleotam*, tanti aeſtimatum, ut operi ſuo geographico totum compilatum inferret [2]). Quo e libro Strabo multa excepit, cum primis de Inſulis maris Aegaei; de regionibus Africae et Hiſpaniae [3]) maris conterminis, de Ponto Euxino et ſinu Arabico. nec non Pamphyliae ambitus dimenſionem iuxta Timoſthenis rationes a ſe conſtitutam e *Plinio* colligo [4]). Praeter hos, geographis, Straboni in conſilium vocatis, *Hipparchus* Bithynus adſcribendus eſt, qui opere ſingulari, προς τον Ερατοσθενη και τα εν τη γεωγραφια αυτου λεχθεντα Eratoſthenis placita, in parte geographiae mathematica acriter oppugnatum ivit. quo vero in argumento illum cenſoris nec iuſti nec ſapientis gloriam tuliſſe, ipſe Strabo confiteri cogitur [5]).

Nec minus hiſtoriarum ſcriptores, cum hiſtoriam καθολικην, tum ſingularum rerumpublicarum et civitatum fata demonſtrantes Straboni meſſem notitiarum ampliſſimam praebuerunt. Quae enim de origine, progreſſu et interitu civitatum et rerumpublicarum, de populorum commigrationibus, inſtitutis politicis et moribus deque religionis eorum cultu expoſuit, maximam partem ex illis excepta ſunt. E ſcriptoribus autem hiſtoriam univerſam exponentibus praecipue *Ephorum Cumanum*, *Polybium*, *Poſidonium* adiit. *Ephorus*, ipſe ανδρα μνημης αξιον appellat [6]), res ab Heraclidarum reditu ad Perinthi uſque excidium geſtas triginta libris deſcri-

1) Voc. Αγαθη.
2) *Marcianus* in periplo pag. 95. edit. Hoeſchel.
3) *Strabo* XIII, 919. B. XVII, 1183. III, 205. A.
4) *Plin.* Hiſt. Nat. VII, 35.
5) *Strabo* I, 14. II, 126. 129. 133.
6) *Strabo* XIII, 924. B. X, 713.

ſcripſit [1]), quo in opere geographus cumprimis invenit notitias praeclaras ad populorum et civitatum fata antiquitus perpeſſa explicanda [2]), facientes Inter complura Straboni hoc e ſcriptore excepta praecipue obſervanda ſunt, quae Siciliae [3]), Galliaeque [4]) deſcriptioni intexuit. Nobilia porro ſunt fragmenta ex eodem deſumta, de Crotonae conditoribus [5]), de Aetolorum origine [6]), de Locrenſium legibus [7]), de rebus Creticis interque ea de Curetibus [8]). Nec non in relatione de piratis Corcyraeis Strabonem Ephori veſtigiis inſtitiſſe e *Suida* video [9]). *Polybii* de geographia mathematica et phyſica ſententias Strabo II, 152. ſeqq. exponit, alia eiusdem ſcriptoris ſingularum regionum deſcriptioni inſeruit; praecipue autem eum de Hiſpania, Gallia, Sicilia et Graecia, deque populis Alpes incolentibus adiiſſe videtur [10]). Prae caeteris tamen inter hiſtoricos Straboni magnam notitiarum copiam ſubminiſtrantes, nominandus eſt *Poſidonius Apamqeenſis*, cuius e libro περὶ ὠκεανου excerpta primo geographicorum libro inſerta leguntur [11]). Verum opus, e quo Strabo praecipue hauriret, fuerunt illius Ἱστορίαι των μετα Πολυβιον, libris LII. diviſae. Quae de geographia mathematica Poſidonius ſtatuit, libro II. exponuntur [12]). Praeterea maximam partem in recenſendis metallifodinis Hiſpaniae, moribus Gallorum aliorumque ſeptemtrionales regiones in-

1) *Diodor. Sic.* XVI. p. 469.
2) *Strabo* IX, 646.
3) *Idem* VI, 408. B. 410. A.
4) *Idem* IV, 304. B.
5) *Idem* VI, 403.
6) *Strabo* VIII, 547—549.
7) *Idem* VI, 398.
8) *Idem* X, 711. 730. ſeqq.
9) *Suidas* v. Κυρηναιος.
10) *Strabo* III, 215. B. 221. A. 225. B. 259. A. 246. B. IV, 279. A. 309. B. 319. A. VI, 401. 428. B. VII, 496. C. VIII. 516. B. 584. A. 597. A. caet.
11) *Idem* I, 9. D. 95. A. 100. B. II, 94.
12) *Strab.* II, 95. ſeqq.

incolentium populorum, nec non in diſquiſitione de Parthis, Iberibus, Albanisque eum ſecutus eſt [1]). Ex *Nicolai* denique Damaſceni, Auguſti Octaviani tempore clari, Ἱστορία καθολικὴ libris CXLIV diviſa, Strabo multa in uſum ſuum convertiſſe videtur, paucis tamen in locis nominis eius mentione facta [2]).

Haec de ſcriptoribus hiſtoriae univerſae. Quos autem ex illis, qui populorum ſingulorum fata celebrarunt, Strabo praecipue ſecutus ſit, nunc paucis declarabimus. In Hiſpaniarum expoſitione habuit *Aſclepiadem Myrlaeanum*, Pompeio M. ut *Suidas* refert, coaevum, qui diu in Turditania commoratus, Hiſpaniarum deſcriptionem concinnavit [3]). De Gallia et Britania agens, ex *Iul. Caeſaris* commentariis de bello Gallico [4]), *Aſiniique Pollionis* libris [5]) notitias compilavit. *Antiochus Syracuſanus* Ἰταλιας κτισμον compoſuit [6]), quo Strabo uſus eſt, de Campaniae incolis priſcis, de Cortonae et Taranti origine etc. exponens [7]). Eundem Antiochum Σικελιωτικὰ συγγραφὴν compoſuiſſe, *Pauſanias* auctor eſt [8]), e quo forte decerpta ſunt, quae Straboni de colonia Gnidiorum in inſula Lipara, et de eorum donariis Apollini Delphico dicatis referuntur [9]). Habuit etiam *Timaeum Tauromenitem*, auctorem operis de priſcis Italiae rebus publicis [10]). De Graeciae non tan-

1) Idem III, 217. IV, 277. ſeqq. 303. Conf. *Athen.* IV, 151. ſeqq. VI, 246. *Plutarch.* vit. Pompeii p. 637.

2) Cf. *Athenaeum* VI, 249. A. ſeq. et VIII, 332. E. cum Strabone XII, 579. ſeqq.

3) *Strabo* III, 236. B.

4) *Idem* IV, 262. C.

5) *Idem* IV, 294. A.

6) *Dionyſ. Hal.* I. p. 34. ed. *Reiskii.* vid. *Voſſ.* de Hiſt. Gr. C. 7. p. 203.

7) *Strab.* V, 371. VI, 402. 426. C.

8) *Pauſan.* X. p. 326. ed. Xylandri.

9) *Strab.* VI, 422. C.

10) *Idem* VI, 399. B.

tantum hiſtoria univerſa multi iique praeclari ſ
ptores egerunt, ſed ſingulae etiam civitates habu
qui earum κτισεις et πολιτειαν illuſtrarent. C
bres erant inter veteres *Ariſtotelis* κτισεις ſive ori
nes rerumpublicarum, Straboni fortaſſe conſult
de priſcis Epidauri incolis referenti [1]). Idem au
περι νησων ſcripſit, quo ex opere geographus nc
nulla hauſiſſe videtur in Euboeae, Ithacae et C
phaleniae deſcriptione [2]); at, quibus praeprin
populorum inſtituta declararentur, fuerunt eiusd
πολιτειαι πολεων, quo in opere, ut *Cicero* [3]) a
omnium fere civitatum non Graeciae tantum, ſ
etiam barbariae mores, inſtituta et diſciplinae exp
ſitae eſſent. Citat Strabo non raro rerum *Attic*
rum ſcriptores (τα ΑΤΘιδα [4]) interque eos *Philoch*
rum grammaticum, *Pherecydem*, qui libris XI
antiquitates Atticas illuſtravit, et *Polemonem*, qu
de donariis in acropoli quatuor libris expoſuit [5])
Fontes non minus praeclaros Strabo conſultar
potuit in ſingulis Aſiae partibus illuſtrandis. *Apollo-*
dorus Artemita, in libris τα παρθικα inſcriptis, multa
de Hyrcania, Bactriania aliisque Aſiae ſuperioris
regionibus expoſuit [6]); de Phrygia regionibusque ei
conterminis, *Apollodorus Athenienſis* in navium ca-
talogi expoſitione, et *Demetrius Scepſius* Straboni
notitias praebuerunt [7]). *Hypſicrates* de rebus Phoe-
niciis

1) *Strabo* VIII, 573. A. eius Ελλαδικων. XI, 479. Περι θαυμασιων XI, 552. B. Περι Σαμοθρακης IX, 372. A. Περι της Αθηνησιν ακροπολεως XIII, 586. Περι των εν Σικελιᾳ ποταμων. VI, 307. B.

2) *Etymol.* M. v. Ακρουσιος. et *Strab.* X, 682. B. 685. C.

3) *Cic.* de finibus V. c. 4.

4) *Strabo* V, 339. A. IX, 601. 609.

5) *Idem* IX, 607. Alia quoque geographica *Polemonem* eundem ſcripſiſſe, ex *Athenaeo* declaratur, qui citat

6) *Strabo* II, 179. C. XI, 783. B. 789. C. 796. B.

7) Demetrius Scepſius Τρωικων διακοσμου libris XXX. ſcripſit,

naiciis ſcripſit; *Cteſias*, quem licet minimae fidei ſcriptorem Strabo cum multis veterum appellet [1]), quaedam tamen notatu digna ei ſubminiſtravit. Sic, quae de Indorum regis abſtinentia notat, e Cteſia promanata ex *Athenaeo* colligo [2]). Quibus vero potiſſimas de Aſiae regionibus notitias debuerit, fuerunt ſcriptores de Alexandri Magni expeditionibus, quorum e numero praeprimis adhibuiſſe videtur *Ariſtobulum Caſſandraeum*, *Ariſtum Salaminum*, *Cyrſillum Pharſalicum*, *Daimachum*, *Megaſthenem*, *Oneſicritum*, *Patroclem;* quibus addi poſſunt, *Orthagoras*, quem Oneſicriti in navigatione comitem fuiſſe *Freinshemius* ex *Philoſtrati* Apollonii Tyanenſis vita III. p. 137. ed. *Olearii*, coniicit [3]), *Polycletus Lariſſaeus*, et *Polycritus Mendaeus* [4]). Quorum in ſcriptorum auctoritate diiudicanda iudicium Strabonis criticum ſummopere eluceſcit. perſuaſus enim, idque non absque veri ſpecie, eorum fidem ſuſpectam, neque temere admittendam [5]), multa iis prolata, reprobatum ivit, acriterque in eos invehitur, qui eiusmodi ſcriptorum relationibus non ponderatis, ut firmo ſtatim innitantur fundamento. *Daimachum* et *Megaſthenem*, quorum auctoritas iam Eratoſtheni in dubium vocata erat, ita omni fide ſubvertit, ut fabulas ſolummodo eos in medium protuliſſe contendat [6]). *Ariſtobulus* in Hiſtoria de Ale-

ſcripſit. *Athenaeus* III, 80. D. *Strab.* XIII, 907. B. Quo e ſcriptore praeclarus locus de Monte Ida *Strab.* XIII, 898. C. conf. *Athen.* XIV, 658. C.

1) Vid. *Fabricii* B. Gr. I, 741. ibique Harleſio obſervata.

2) *Strabo* XV, 1036. D. cf. *Athen.* X, 434. D.

3) Ex *Orthagorae* ἰνδικοῖς λογοις deſumta ſunt, quae *Strabo* XVI, 1111. A. de ſitu Tyrinae inſulae habet.

4) *Strabo* XV, 1068. A. XVI, 1077.

5) Idem XI, 774. B.

6) Idem II, 121. ſeqq. contra Hipparchum diſput. De *Megaſthene* nimis ſevere Strabonem iudicaſſe, varia ex illo petita

Alexandri rebus geſtis notitias praeclaras, de Hyrcania, Sogdiania, et prae primis de natura et indole Indiae ei obtulit [1]). Ex *Oneſicrito*, praefecti claſſi macedonicae, cuius fides quidem ob id ſuſpecta eſt, quia ex inſtituto in Alexandri M. vita Xenophontis Cyropaediam imitatus, veris multa miſcuit fabuloſa [2]), praeclara tamen ad inſtituta et mores Perſiam, Bactrianam, Indiam incolentium hauſiſſe videtur [3]). Palmam tamen bonae fidei *Patrocli* ſub Seleuco Nicatore praefecto regionum Indicarum tribuit, quem fontibus ad res Indicas deſcribendas neceſſariis a rege ipſo inſtructum Strabo ipſe teſtatur [4]).

Fontibus antiquae geographiae Poetae adnumerandi ſunt: inter quos, epici praecipue carminis auctores multa eaque praeclara habuerunt, quibus Geographus de antiquitate geographica, et notionibus, quas veteres de regionum remotiorum ſitu ac conditione, populorumque eas incolentium moribus et inſtitutis ſibi finxerint, expoſiturus, uteretur. Etenim, quum complures eorum in explicandis μυθοις, ſive Heroum erroribus expeditionibusque verſarentur; non fieri potuit, quin multa ad priſcae terrarum, quas heroes illi adiiſſe, rebusque geſtis illuſtres reddidiſſe fingerentur, conditionis indoliſque intelligentiam declarandam ſuis intexerent fabulis. Prae caeteris tamen Strabo *Homero* ſummam in rebus geographicis auctoritatem tribuit. Id quidem

petita demonſtrant. idque *Robertſonius* in *Hiſtorical diſquiſition concerning the Knowledge which the Ancients had of India. Lond.* 1794. cenſet.

1) *Strabo* XI, 776. C. 787. D. XIV. 988. XV, 1013. B. 1017. B. 1019. A. ſeqq.

2) *Idem* II, 121. XV, 1022. C. vid. *Fabric.* B. Gr. T. III. pag. 47.

3) *Idem* XI, 786. C. XV, 1036. C. 1082. B. 1016. C.

4) *Strabo* II, 117.

dem res decantata eſt, poetarum iſtum principem in utroque poemate praeclaras, de nonnullis Aſiae minoris et ſuperioris partibus, et de inſulis maris Aegaei et Ionii notitias declaraſſe; quae, ſi Strabo laude debita extuliſſet, manibus viri ſummi iuſta ſolviſſet. Verum hiſce non contentus, Homerum maximum fuiſſe geographum, cui remotiſſimae terrae partes, quarum cognitio ſequiori demum aetate ad Graecos perveniſſe, certum eſt, innotuerint, haud minima libri primi parte, idque non exiguo eruditionis apparatu evincere nititur. Quam multa autem geographus noſter rectius explicaſſet, niſi nimia illa ac prope ſuperſtitioſa Homeri veneratione ſevocatus, quibusdam ſcriptoribus, illi contradicentibus fidem denegaſſet, in promtu eſt videre [1]).

Strabonem opere geographico diligentiae et ingenii ſui monumentum praeclarum ſibi exſtruxiſſe, nemo unquam negaturus eſt: nihilominus tamen multa in eo deprehendi poſſunt, propter quae iure ad cauſſam dicendam vocetur. Et quod primo loco in eo reprehendatur, eſt neglectus multorum ſcriptorum in re geographica principum. Talis erat, ut iam innui, *Herodotus*, quem tamen geographus noſter eiusmodi ſcriptoribus adcenſere non veritus eſt, qui fabulis magis, quam veritati infectati ſint [2]).

1) Sic *Hellanicus Lesbius*, *Herodotus*, ſaepius a Strabone taxantur, nulla alia de cauſſa, quam, quia aliter ac Homerum ſentire eos deprehendit. v. X, 699. B. XI, 774. C. XII, 827. A.

2) *Strabo* VII, 461. C. multus eſt in Herodoto reprehendendo, ob epiſtolam regis Scytharum l. IV, 127. inſertam, quam ob ſimplicitatem inter fictitias referendam cenſet. Sed illa ipſa, quae Strabonem offendit ſimplicitas, ut arbitror, teſtis firmiſſimus eius ſinceritatis habendus eſt. *Herodotum* ſimilem Cteſiae eſſe ait XI, 774. C. XII, 827. A. Auctoritatem autem patris hiſtoriae praeclare vindicavit cel. *Heeren*, in elegantiſſimo

Neque aequiorem ſe praebuit arbitrum in auct
tate *Pytheae Maſſilienſis* finienda, quem, ſi Stra
nem audiamus, nil niſi fumum vendidiſſe, nil
commenta protuliſſe pronunciemus neceſſe eſ
Equidem non ſum, qui cuncta ad veritatis amu
homini illi famigeratiſſimo in periplo exacta pute
verumtamen nullo modo a me impetrare poſſ
ut, de regionibus borealibus ad mare Atlantic
ſitis illi tradita, omni fundamento deſtituta, lec
rumque in errores inducendorum cauſſa omni
efficta, exiſtimem; ſortem eandem potius ille reg
num incognitarum explorator inter antiquos
buiſſe dixerim, quam nonnulli recentiorum habu
re, quibus de terris antea incognitis referen
bus fidem plane denegatam ſcimus, donec
quior aetas eorum auctoritatem a mendacii ſuſ
cione liberavit. Sed haec ferenda eſſent, ſi Str
boni alia, eaque gravioris momenti, negligenti
animique praeoccupati vitia obiici non poſſent. Qu
autem unquam erit, qui, Romanorum ſcriptore
quorum induſtriae notitias ampliſſimas, compluriu
regionum conditioni illuſtrandae inſervientes, ant
qui debuere, adeo illi neglectos et praetermiſſ
ferat, ut, poſthabita plane eorum auctoritat
Graecis tantum inhaerens negarit, in argumenti
ad hiſtoriam et geographiam ſpectantibus, ub
Graecorum auctores deficiant, e Romanis aliqui
ſuppleri poſſe [2])? Iniquum omnino et Graecul
ſuper-

tiſſimo libro: *Ideen für die Politik, den Verkehr und Handel der vornehmſten Völker der alten Welt. Götting.* 1793.

1) Cenſura Strabonis iniqua de *Pythea* exſtat lib. II, 163. A. ſeqq. Aequius de eo cenſebant Eratoſthenes et Plinius. Accedo iudicio cel. *Mannert* in Geographiae vett. Graec. et Rom. T. I, pag. 75, qui Pytheam vera quidem, ſed commentis multis immixtis, protuliſſe ait.

2) *Strabo* III, 252. B.

ſuperbienti vanoque dignius iudicium, quam Straboni philoſopho. Etenim Romanorum expeditionibus magnam orbis partem, praecipue Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, Italiae, Africaeque ſeptemtrionalis regiones accuratius illuſtrari coepiſſe, quis neſciat [1]). Praeterea, qui in rebus Romanorum geſtis declarandis operam collocarunt, non grammatici fuerunt, terrarum, de quibus agendum eſſet, conditionem aliorum ſolummodo ex relationibus perſpectam habentes, ſed ipſi imperatores, oratores, conſilii publici principes, qui, cum de rebus geſtis exponerent, quibus vel ipſi interfuiſſent, vel quarum cognitionem ex monumentis publicis facile ſibi paraſſent, optimas ad earum regionum ſtatum cognoſcendum notitias ſuppeditare potuerunt. Sic, praeter alios, hic praecipue nominandi ſunt *Lucullus* de rebus ſuis et de bello Marſico [2]), *L. Cornel. Sylla* de rebus ſuis [3]), *M. Porcius Cato* de bello punico primo et ſecundo [4]), *P. Rutilius Rufus* de vita ſua, et de rebus Hiſpanicis et Mario geſtis [5]), *Q. Lutatius Catulus*, de rebus in conſulatu ſuo contra Cimbros geſtis [6]), *L. Cincius Alimentus*, de rebus Annibalicis [7]), *L. Siſenna* de bello Syllano, *C. Salluſtius Criſpus*, de bello Iugurthino, *C. Iulius Caeſar* de bello civili, et Gallico, *M. Terentius Varro Atacinus*, de bello Sequanico. Quibus addi poſſunt *Hoſtius*, qui carmine belli Iſtrici hiſtoriam panxit; *M. Bibulus* de rebus M. Bruti geſtis [8]), *Aſinius Pollio*, auctor

1) *Strabo* I, 26. C.
2) *Plutarch.* Lucull. p. 491. ſeqq.
3) *Idem* vit. Syllae pag. 454.
4) *Gellius* II, 22. V, 21. etc.
5) *Appian.* Iber. p. 303. *Plutarch.* v. Marii p. 822.
6) *Cic.* Off. I, 37.
7) *Dionyſ. Hal.* I, p. 18. 187. ſeqq. ed. Reiskii. *Liv.* XXI. *Plin.* H. N. III, 4.
8) *Cic.* Brut. 77.

operis de bello Civili, alii. Quos omnes *Aſinio Pollione* [1]), *Fabio Pictore* [2]), *Caecilio* [3]), *Iulio Caeſare* [4]), et forte *M. Vipſanio Agrippa*, et *Varrone* [5]), ut e Plinio colligo, exceptis Straboni intactos manſiſſe, ipſo ex opere ſuo geographico demonſtratum dari poteſt. Rectius itaque Strabo egiſſet, ſi, iudicio illo iniquo de Romanorum ſcriptoribus viam ad ampliores cognitiones geographicas acquirendas ſibi non praecluſiſſet, ſed valere iuſſis, magnam ſaltem partem, Graecis ſuis, ex illorum commentariis conditionem terrarum complurium accuratius didiciſſet.

Alia vero, quae in opere geographico Straboniano reprehenſione digna habeantur, e nimio auctoris elegantiae et delectationis lectoribus comparandae ſtudio enatae ſunt. Etenim Strabonis, ut ipſe profitetur, in orbis terrarum deſcriptione componenda conſilium hoc fuit, ut, omnibus ſemotis ad tractationem geographiae doctiorem pertinentibus [6]), eorum tantum rationem haberet, quae vel ad animi delectationem facere, vel fructum aliquem et utilitatem ad vitam ſapienter inſtituendam lecturis comparare viderentur. Quo conſilio, dummodo recte eo utaris, nil melius cogitari unquam poteſt. Praeclare enim rem agere dicendus eſt, absque gravi-

1) In Galliae deſcriptione IV, 294. A.

2) *Strabo* V, 350. A.

3) *Idem* V, 352. C.

4) Caeſaris de bello Gallico commentariis ſolummodo uſus eſſe videtur. IV, 262. C.

5) *M. Vipſan. Agrippa* orbis terrarum deſcriptionem inſtituit, e qua Plinius in ſuos libros nonnulla transtulit. Ex *Varronis* Chorographia forte dimenſio longitudinis ad Boryſthenem delumta eſt. *Strab.* II, 187. conf. *Plin.* H. N. IV, 215. Forte Chorographus, quem in Italiae deſcriptione citat VI, 436. C. idem eſt cum Varrone.

6) *Strab.* I, 21. ſeqq. II, 194. C.

gravitatis detrimento, tractationis venuſtate hominum animos tenere ac delectare intelligens; verum in hiſtoriarum et geographiae expoſitione peſſimo argumento gratioſum eſſe cupientem vereor, ut iudex integer abſolvat. Quem autem in errorem Strabonem incidiſſe, omnia produnt. Nemo quidem unquam negaturus eſt, in opere ſuo geographico, ubicunque oculum convertas, monumenta et curae, qua in notitiarum farragine immenſa ſeligenda, et artis eximiae, qua in diſponenda et ordinanda ea verſatus ſit, deprehendi poſſe; nihilominus tamen curioſus harum rerum arbiter plurima ad accuratiorem, cum univerſi orbis terrarum, tum ſingularum regionum locorumque naturae et conditionis intelligentiam facientia, aut plane omiſſa, aut non ea, qua debuit, cura exacta et declarata haud aequo animo feret; praeſertim cum omnia demonſtrent, ſe, maximam ſaltem partem, hisce deſideriis ſatisfacturum fuiſſe, niſi conſilio illo fraudem ſibi fieri paſſus eſſet. Sic, de quorundam locorum et regionum natura, proventibus, et indole praeclare quidem expoſuit; praeclariora tamen, praecipue quibus res naturales earumque cauſſae declararentur, quorumque notitias vel ex ſolo *Ariſtotele* ampliſſimas petere potuiſſet, omnino neglexit et reticuit [1]). Nec minus leviter in mathematica et phyſica geographiae parte illuſtranda verſatus eſt, de qua quidem, quae geographorum priorum placita et ſententiae fuerint, prolixe recenſet et diiudicat; ipſum tamen argumentum, ut rem ad provinciam de politica et πρὸς τοὺς ἐν ταῖς ὑπερoχαῖς geographia exponentis [2]) non pertinentem, attingit magis quam abſolvit. Quid? quod ipſe pronunciare non

1) *Strabo* II, 163. A. XV, 1029. B. 2) *Idem* I, 25. C.

erubuit, ſe in Hiſpaniarum, Arabiae aliarumque terrarum deſcriptione locorum et populorum mentionem praeteriiſſe, quorum nomina barbara et auditu minus iucunda eſſent, ne ſonitu eorum ingrato aurem delicatiorem Graecorum moleſtia afficeret [1]).

Quum itaque Strabo, cum circa fontes ſeligendos, tum circa argumentum tractandum multa eaque ſcitu digniſſima plane omiſerit, alia non, qua res ferret, induſtria exegerit, non amplius inquirendum exiſtimem: qua ex re factum ſit, ut opus geographicum, cuius dignitatem et praeſtantiam inter nos ne illi quidem absque famae iactura ignorare poſſunt, qui vix a limine humanitatis diſciplinas ſalutarint, priſcis parum acceptum et commendatum, immo neglectum fuiſſe videatur? Nos quidem rerum magno apparatu in eo congeſto delectamur non tantum, ſed erudimur etiam; plurimis enim veterum ſcriptorum, e quibus Strabo notitias petierat, deperditis, haud exigua eaque praeclara ad hiſtoriam, mores et inſtituta populorum facientia nobis in opere ſuo ſervavit, auctoribus ſuperſtitibus non adnotata. Verum enim vero, ſi quaeratur, num veteres eadem in hoc opere, quae nos, approbaverint, vereor, ne inconſulto ac temere agere videatur, qui illorum ſententiam ad noſtram ſupellectilem exigere, et ad noſtrum iudicium illos calculum ſuum poſuiſſe ſtatuere velit. Eſt enim librorum etiam optimorum haud raro eiusmodi ſors, ut fama tantum fruantur temporaria, et celebrita-

1) *Strabo* III, 234. A. de Hiſpaniarum populis: Οκνω δε τοις ονομασι πλεοναζειν, φευγων το αηδες της γραφης, et de Arabiam incolentium priſcis nominibus XVI, 1123. D. Ου λεγω δε των εθνων τα ονοματα τα παλαια δια την αδοξιαν, και αμα ατοπιαν της ικφορας αυτων. Plane indigne pronunciatum geographo.

britate, temporis conditione, ſtudiorum ratione, genio ſeculi limitata et circumſcripta. Quibus commutatis, omnium ore celebrata olim, et cedro digna exiſtimata, ne tantillum quidem honoris tribuitur; et contra ſtudio ferventiſſimo tractata videmus antea neglecta et vilipenſa. Haud ſcio, an Strabonis operi geographico eadem evenerint. Demiramur quidem in eo curam auctoris in anquirendo eximiam, diligentiam in ſeligendo, et ingenii acumen in ordinando et diſponendo notitiarum copiam immenſam huic operi intextam; verum, quis eſt, qui affirmare velit veteres eidem noſtrae ſententiae ſubſcripſiſſe? Quid quaeris? Strabonis opus geographicum ambiguo applauſu inter veteres acceptum vel ſilentio ſolo ſcriptorum praeſtantiſſimorum de eo comprobari exiſtimem; niſi quis caſu ſolummodo ac fortuito id eveniſſe affirmet, ut, *Marciano Heracleota* [1]), *Athenaeo* [2]) et *Harpocratione* [3]) exceptis, vix ullus ſcriptorum antiquiorum extet, qui *των γεωγραφουμενων* eius expreſſam faciat mentionem. *Plinio*, multo licet in notitiis geographicis proponendis, et geographiae ſcriptoribus allegandis, ne nomen quidem Strabonis cognitum fuiſſe videtur; idemque dicendum eſt de *Pauſania*, aliisque ſeculi ſecundi et tertii ſcriptoribus. At, citatur *Ioſepho* [4]) et *Plutarcho* [5]). Citatur ſane: ſed ad aliud Strabonis opus, ad hiſtoriam nempe rerum poſt Polybium geſtarum utrumque reſpexiſſe, iam dudum exploratum eſt. Niſi itaque omnino fallor, Strabonis geographia, primis ſeculis neglecta, ea demum aetate inclareſcere et celebrari coepit,

1) Peripl. init.
2) Lib. III. p. 121. A. XIV. p. 657. E.
3) Voc. Λεσχαιον et Λευκας.
4) De Bello Iud. XIV.
5) Vit. Syllae p. 468. C. Luculli 511. D.

quam *medii aevi nomine* insignire soliti sumus. Tur enim temporis Strabo, forte ob magnam fragmen torum veterum auctorum copiam, quam suo i opere servavit, praecipue inter Grammaticos tan tam nominis celebritatem nactus est, ut κατ' ἐξοχ nomine του γεωγραφου iis salutaretur. Sed hae missa faciamus, et pauca de subsidiis, quibus no in Strabone edendo usi sumus, subiungamus.

De Codicibus Strabonis manuscriptis.

Strabonis codices, quotquot sunt, ex uno eodemque antiquissimo, sed lacero pessimeque accepto exemplo originem duxerunt. Quod ut statuam, inter alia eorum, cum textu vulgato in locis mutilatis et lacunosis consensu inducor. Quae enim in hoc lacera et diminuta deprehenduntur, illis non minus truncata et detrita exhibentur. Intercedit quidem inter singulos codices in eiusmodi locis proferendis non raro ea differentia, ut in hoc omnia connexa, perpetuaque scriptione exhibita habeantur, ubi in illo vestigia quaedam loci deperditi conspexeris; qua parum attentus facile induci queat, ut nostros codices e diversis exemplis antiquis petitos existimet. quae tamen varietas, re accuratius perspecta, ad apographos et calligraphos solos referenda est. Solebat enim illud hominum genus, ut exemplis suis gratiam elegantiamque maiorem conciliaret, interdum lacunas continua scriptione contrahere, et mutilata, praecipue si verba tantum singula loci reliqua essent, reiicere: quo pessimo elegantiae studio vitiis haud exiguis codices, non Strabonis solum, sed aliorum etiam auctorum inquinati sunt. Quamvis itaque codices nostri ex eodem fonte petiti sint, apographorum tamen licentia facit, ut duas eorum classes diversas constituere possi-

poſſimus; unam, quae textum, uti in priſco lacero exemplo fuit, exprimit; alteram, manum librarii expertam ornatricem.

De Codicibus Vaticanis.

In *bibliotheca Vaticana*, tres adſervantur Strabonis codices, quorum conſulendorum copiam S. R. *Reggii* eiusdem bibliothecae praefecti benignitatem feciſſe animo gratiſſimo confiteor.

Primus, omnes XVII libros exhibens in codicum graecorum bibliothecae antiquioris palatii pontificii catalogo nr. CLXXIII. chartaceus eſt, ſec. XV. exaratus, forma max. fol. 469. charactere bono, neque ob ſiglas et ſyllabarum compendia difficilis lectu. Omnium, quos evolvi, ob lectionum praecipue in locis truncatis varietatem praeſtantiſſimus, nec manum emendatoris expertus, niſi L. IX, p. 469. c. ubi Euripidis nonnulli verſus, quos mutilos forte apographus in exemplo antiquo invenit, mirum in modum depravati exhibentur. Cuius ad codicis fidem textum praecipue conſtitui. Vaticanum A appello, eumque claſſi codicum primae adſcribo.

Alter Vaticanus nr. CLXXIV. chartaceus, forma max. fol. 284, ſec. XV. exeunte vel XVI. ineunte conſcriptus duodecim priores Strabonis libros continet. Quem a graeculo indocto exaratum indicant voces tantum non omnes ad Graecorum recentiorem pronunciandi modum expreſſae. Lectionis bonae meſſem haud largiſſimam mihi ſubminiſtravit; attamen ob id memorandum cenſeo, quod loco diſſertationis de climatibus ap. *Strab.* II, 194. B. ad finem usque libri aliud opusculum exhibet de terrae magnitudine et figura, antiquum quidem, ſed Straboni falſo tributum, ſic inſcriptum: Στραβωνος περι

περι μεγεθους και σχηματος της γης. Incipit autem: Η γη κεντρου λογον εχει προς την σφαιραν του στερεωματος· ουχ ὁτι πασα κεντρον εστι· παν γαρ κεντρον αδιαστατον ὑπαρχει και αμερες. Finis eſt: Εστω ουν κατα τον Ποσειδωνιον ἡ περιμετρος της γης σταδιων μυριαδων τεσσαρων και εικοσιν· εστι το εκ Ροδου προς Αλεξανδρειαν διηκον εις πεντακισχιλιους ποσουτους σταδιους. ει δε μη προς λογον αυτου, της περιμετρου δε της γης σταδιων μυριαδων τεσσαρων και εικοσιν ἡ διαμετρος εστω ταυτης οἱονει σταδιων τριων ἐξηκοντα και τριακοσιων και χιλιαδων ἑξ προς μυριασιν ἑπτα. την γαρ της σφαιρας περιμετρον το τριπλασιον ἐχει της οικειας διαμετρου. Προς δε, και το ευδομον, ου κατ' ακριβειαν, αλλ' ὡς εγγιστα τοις περι Αρχιμηδην δοκοι, παντος κυκλου και πασης σφαιρας περιμετρον λογον ἐχειν αποφαινομενοις προς την οικειαν διαμετρον ὡς εγγιστα τριπλασιου ἐφ' ευδομον. Idem opuſculum Straboni adſcriptum exhibet quoque cod. *Laurentino-Mediceus* Pl. 128. c. III. ut vidi in cel. *Bandinii* catal. bibl. Laurent. p. 54. Soleo hunc codicem *Vaticanum* B nominare. Ad libros claſſis ſecundae pertinet.

Tertius Vaticanus Urbino Hortenſi cum pluribus aliis codicibus in bibliothecam Vaticanam adlatus, nr. CV. chartaceus eſt, forma max. ſec. XVI. ſeptem Strabonis libros poſteriores complexus. Omnium quos vidi recentiſſimus. Conſpirat iſte codex fere in omnibus cum cod. Vat. CLXXIII.

Codices Marciani.

In bibliotheca *Marciana reipublicae Venetae* tres Strabonis codices, quorum uſum S. Rev. Abbas *Morellius* eiusdem bibliothecae praefectus qua ſemper eſt humanitate mihi conceſſit.

Primus, inter codices Marcianos CCCLXXVII, forma maxima, in membranis eleganter, neque induſtria

duſtria vulgari manu, ut videtur, *Ioannis Rhoſi* celebris calligraphi Cretenſis, ſumtibus vero magni *Baſſarionis* exaratus, opus Strabonis integrum exhibet. Convenit cum Vaticano primo, locis truncatis et lacunoſis exceptis. Appellatur mihi *Venetus A*, et agmen eorum ducit, in quibus calligraphorum ingenium aliquid ſibi permiſiſſe videtur.

Secundus Venetus nr. CCCLXXVIIII. illo antiquior, ſec. forte XIV. exaratus; chartaceus eſt, forma max. duodecim libros priores complexus. Convenit cum Venet. A. Hunc voco *Venetum B.*

Venetus tertius, chartaceus, ſec. XV. forma octav. ſeptem libros poſteriores exhibens, in lectionibus cum probis tum pravis cum Venet. A. convenit. Praeter hos Strabonis libros continet *Gemiſti Plethonis* opuſculum ineditum, Διορθωσις των ουκ ορθως υπο Στραβωνος λεγομενων inſcriptum. *Gemiſtus* praecipue in iis corrigendis verſatur, quae de mari Caspio Strabo tradiderat. Incipit autem opuſculum: Ουτε την θαλασσαν την Κασπιαν ορθως οιεται Στραβων τω ωκεανω συμβαλλειν· κατ' αυτην γαρ ουσα αυτη παντοθεν καταλαμβανεται; et ultima eius verba ita ſe habent: Α μεν ουν αξια λογου των Στραβωνι ουκ ορθως εν τη γεωγραφικη λεγομενων ταυτη υφηγησει, ταυτ' εστι τε και τοιαυτης της τε διορθωσεως προς ημων τυγχανει. ει δε τι αυτω και αλλα ουκ ορθως λεγεται, ουκ αν δη μεγα τι ειη· τα δε πολλα αυτω ευ τε και καλως λεγεται [1]). Alterum eiusdem

1) Hoc opuſculum, quod particula tantum operis *Gemiſti* amplioris eſſe videtur, exſtat quoque in cod. Vat. CLXXIV. Florentino Mediceo XXIX. plut. 28. et inter codd. bibl. *Pelliſeri* in Anglia nr. MCC; eiusque mentionem facit *Labbeus* Bibl. nova MSS. pag. 120. *Lucas Holſtenius* in ſyntagmate geographicorum id edere voluiſſe, monet *Lambecius* lib. I. de biblioth. Vindobonenſi, pag. 114.

dem auctoris eodem in codice exſtans opus, excerpta praeclara ſunt e Strabonis libb. X. prioribus, de quibus paullo infra locuturus ſum. Appellatur mihi *codex Venetus C.*

Quarti denique codicis Strabonis Veneti, chart. ſec. XV. 4. fol. 289. nr. DCXL. Strabonis Geographiae ſeptem poſteriores libros exhibentis cel. *Villoiſonius* Anecd. gr. p. 248. mentionem facit.

De Codicibus Strabonis ab Henrico Scrimgero collatis.

Silentio hic praeterire non poſſum collationem ſex codicum Strabonis manuſcriptorum, ab *Henrico Scrimgero* Genevenſi ad ornandam novam Strabonis editionem, inſtitutam, quorum varias lectiones margini Aldini exempli adſcripſit, quod in bibliotheca *Barberina* inſtructiſſima adſervatur. Quosnam autem codices *Scrimgerus* exegerit, ipſe in nota, fronti exempli adſcripta declarat, quam iuris publici facere non ſupervacaneum puto.

1) *In primis ex bibliotheca Petri Bembi codicem habuimus ſane antiquum, qui decem priores libros continebat, ipſe etiam multis in locis in margine veterem lectionem aliam ac diverſam habens, quam etiam in noſtro poſuimus hoc ſigno* Γϱ. Appellatur mihi *Cod. Bemb. A.*

2) *Secundo loco Beſſarionis Cardinalis librum ex S. Marci bibliotheca habuimus, qui omnes Strabonis libros habebat; illius lectionem minio rubro adſcripſimus, aut duobus ſemicirculis prioris libri lectioni affixis, cum eodem convenire oſtendimus.* Eſt Codex Marcianus A.

3) *Tertio ex eadem bibliotheca vetuſtum codicem contulimus, qui quidem duodecim libros priores habebat. Huius diverſam lectionem, quia in omnibus fere cum Beſſa-*

Beſſarionis codice concordaret, lectionis illius diverſitati duobus ſemicirculis nigro minio appoſuimus, ſi quando autem diverſum haberet, in ultima marginis parte id poſuimus, et punctula frequenter, quibus indicamus idem in ipſo deeſſe, quod in Beſſarionis in eadem marginis parte notavimus. Hunc codicem Gemiſti fuiſſe credimus. Eſt inter Venetos B.

4) *Quarto librum Gemiſti habuimus, qui initio excerpta omnia ex Strabonis libris habebat, veluti epitomen, aliquando etiam adverſus Strabonis ſententiam diſputationes. Hic liber habebat libros XI ad XVII. huius diverſam lectionem, quia etiam multis in locis cum Beſſarione conveniret, ſemicirculo eidem convenire oſtendimus, diverſam autem lectionem ulterius in marginem poſuimus.* Codex Marcianus C.

5) *Ad extremum cum Romae eſſemus, duos antiquos codices ex Strozorum bibliotheca habuimus, quorum alter integerrimus et caſtigatus, manum Laſcaris in marginem notis indicabat, in quo libri XVII. fuerunt;* (appellatur Stroz. B.) *alter, qui omnium longe vetuſtiſſimus fuit, vel vetuſtate ipſa corroſus, indicium fecit, unde lacunae illae, quae in caeteris habentur, emanarunt, libros novem continebat, cuius lectionis varietatem ad interiorem marginem vel notis, quibus convenire cum optimis exterioris marginis indicare ſolemus, vel certe ſcriptis atque poſitis illis, quae illius erant propriae varietates.* Codicem Stroz. A. eum nomino.

Ubinam hodie codex iſte antiquiſſimus adſervetur, non habeo dicere. Caeterum cum Vaticano A, cum in lectionis varietate, tum in lacunis ita concordat, ut ex uno eodemque exemplo deſcripti videantur.

Hanc collationem Scrimgerianam reſpiciens forte *Caſaubonus*, novam Strabonis editionem paraturus, ad *Petrum Iunium* ep. 514. ſcribit: *Quantum*

ad

ad eam rem iuvare nos tuae illae notae Scrimgerianae queant, ne dici quidem poteſt.

Memoratis codicibus manuſcriptis, quorum evolvendorum copia nobis facta eſt, ſubiungemus reliquos pluribus in bibliothecis exſtantes; quorum notitiam e bibliothecarum indicibus hauſimus.

Florentiae in *Laurentino - Medicea bibliotheca* quatuor Strabonis codices proſtant. *Primus* X priores libros continet, Sec. XIV, chartaceus, forma quadrata, fol. 293. Plut. XXVIII. cod. V. *Bandinius* in catal. mstorum bibl. Laurent. pag. 15. Variam huius codicis lectionem iuris publici fecit Abr. *Gronovius* in *Variis Geographicis*. Lugd. Bat. 1739. pag. 149. ſqq. Eandem *Brequignius* V. Cl. in notis ad editionem ſuam Strabonis recenſet, defendit, reiicit.

Alter Laurentinus codex eosdem libros complexus chartaceus eſt, forma quadrata, fol. 207. ſec. XIV. Plut. XXVIII. cod. XL. *Bandin.* libr. laud. pag. 66. *Tertius* libros ſeptem poſteriores exhibens, chartaceus, ſec. XIV. fol. 233. Plut. XXVIII. cod. XV. *Bandin.* pag. 31. *Quarto* denique in libro iidem ultimi ſeptem libri exſtant. Sec. XIV. forma quadrata, fol. 240. Plut. XXVIII. cod. XIX. *Bandin.* pag. 37.

Malateſtarum bibliotheca, quae Ceſenae in coenobio fratrum minorum ad D. Franciſci praecepta vitam inſtituentium eſt, unum Strabonis codicem poſſidere, video in Catalogo eiusdem bibliothecae et in Montefalconii Biblioth. Bibl. T. I. pag. 434.

Mediolani in bibliotheca Ambroſiana teſte *Montefalc.* l. laud. p. 504. cod. Strabonis conſervatur cum Scholiis vol. IV. una cum aliis duobus codd. eiusdem auctoris.

Pariſina

Pariſina olim *Regia*, nunc *Nationis Francorum bibliotheca* ſex codices Strabonis manuſcriptos poſſidet, quorum *Catalogus Bibliothecae Regiae* T. II. mentionem facit. Cod. MCCCXCIII. chartaceus ſec. XII. vel XIII. teſte *Montefalconio* bibl. bibl. pag. 1027. is eſt, quem Abbas *Sevinius* An. 1732 ex oriente attulit. Convenit in lectionibus principibus, ut didici ex *Montefalconio*, qui eiusdem codicis varietatem lectionis libri primi in T. II. bibl. pag. cit. ſeqq. inſeruit. Ad huius codicis fidem *Brequignius* Strabonis textum praecipue conſtituit. *Secundus*, nr. MCCCXIV. membranaceus, ſec. XV. manu *Caeſaris Strategi* Lacedaemonii, de quo vid. *Montefalconii* Palaeograph. Gr. pag. 96. exaratus, XVII. libros continet. Olim ad Mediceos pertinebat. *Tertius* nr. MCCCXCV. chartaceus eſt, forma maxima, ſec. XVI. omnes Strabonis libros exhibens. Quo codice, notante catalogo, typographi uſi ſunt, quorum opera Strabo ex Aldi typographia prodiit. *Quartus* MCCCXCV. chartaceus, ſec. XV. forma max. libros XVII. complexus. *Quintus* nr. MCCCXVII. membranis inſcriptus, forma maxima, libros X. priores habet. Si verum eſt, eum, uti catalogi editor obſervat, ſec. XII. exaratum eſſe, omnium antiquiſſimus, et forte idem eſt, quem Scrimgerus in Stroziana bibliotheca tractaverat. Variis in locis truncus eſt, a recentiore tamen manu reſtauratus. *Sextus* MCCCCVIII. chartaceus, forma quadrata, ſec. XV. omnes XVII. libros continet.

Bibliotheca Eſcurialenſis codicem Strabonis poſſidet XVII. libros complexus, ut obſervavit *Plüer* in itinerario per Hiſpaniam pag. 190. In *bibliotheca Madritenſi regia* eſt cod. chartaceus continens XVII. libros, quem copioſe deſcribit *Iriartus* catal. cod. graec. pag. 19. ſeq.

In *Anglia:* bibliotheca collegii novi *Oxoniae* codicem mutilum poſſidet, nr. MCCCXI. in catalogo Mss. Oxon. et *Montefalc.* Bibl. bibl. tom. I pag. 666. *Cantabrigiae* in bibliotheca academica eſt codex, quosdam Strabonis libros continens, nr. MMCCLXXI. *Montef.* libr. laud. pag. 672. *Etonae* in collegii bibliotheca exſtat manuſcriptum, decem libros priores complexum, ſecundum Catalog. librorum manuſcriptorum Angliae et Hiberniae in unum collect. Oxon. 1697.

Exempla quaedam manuſcripta in *bibliothecis Moscuenſibus* exſtare, teſtatur *Athanaſius Schiada.*

De Codicibus chreſtomathiam ſive excerpta e Strabone continentibus.

Praeter Strabonis chreſtomathiam, a *Sigismundo Gelenio* [1]) primo vulgatam, *Hudſonio* Tom. II. Geographiae veteris ſcriptorum minorum repetitam, et Almelovenio denique editioni ſuae Strabonis ſubiectam, plura in bibliothecis excerpta hactenus inedita latent; de quibus pauca mihi commemoranda ſunt.

Sola in *bibliotheca Vaticana* adſervantur quatuor Strabonis chreſtomathiae diverſae. *Primam* exhibet codex *Palatino-Heidelbergianus* apud *Sylburg.* cod. XCII. qui codex quidem inter Palatino-Vaticanos libros hodie exſtat, ut didici e catalogo eiusdem

1) In volumine variorum opuſcula geographica continenti. Inſcriptum autem eſt: Αρριανου περιπλους Ευξεινου ποντου· Του αυτου περιπλους της εξωθεν θαλασσης· Αννωνος περιπλους Λιβυης· Πλουταρχου περι ποταμων και ὀρων· Επιτομη των του Στραβωνος γεωγραφικων. Εν Βατιλειᾳ παρ' Ιερωνυμῳ Φροβενιῳ και Νικολαῳ τῳ Επισκοπιῳ, ετει της θεογονιας αφλγ. 4.

dem bibliothecae manuſcriptorum, manu *Leonis Allatii*, et Lucae *Holſtenii* deſcripto, ſed miniſtri cuiusdam incuria e loco ſuo conſueto ad alienum translatus mihi tradi non potuit. *Alter codex*, cuius mentio fit a *Sylburgo* pag. 129. excerpta e Strabone continens, in eadem *bibliotheca palatino-vaticana eſt*, nr. CV. in catalogo *Leonis Allatii* et *Lucae Holſtenii*. Eſt chartaceus, forma quadrata, ſec. XV. eleganter deſcriptus, et praeter excerpta e Strabone ampliſſima, multa exhibet e Dione Caſſio, Pauſania, Ariſtotele, Platone, Syneſio, Ioanne Lydio petita. Codex autem inſcriptus eſt: Συναγωγη συλλεγεισα απο διαφορων βιβλιων παρα σοφωτατου και λογιωτατου και τιμιωτατου εν μοναχοις Κυριου Μαξιμου του Πλανουδη παυ οφελιμος. Eadem Planudis excerptarum collectio in *bibliotheca Pariſina* cod. DCCCCIX. absque compilatoris nomine proſtat. *Tertius* liber, in catalogo bibliothecae Vaticanae antiquae nr. CLXXV. membranaceus, ſec. XIII. vel XIV. forma quadrata, inter varia philoſophica et aſtrologica opuſcula continet: Συνοψιν των κεφαλαιων της κατ' ημας οικουμενης εκλεγεισα εκ της γεωγραφιας Στραβωνος. Excerpta ſunt e Strabonis libb. II. pag. 182. uſque ad lib. VII. pag. 492. *Quartus* denique codex in eiusdem bibliothecae catalogo CCCCLXXXII, bombycinus eſt, form. oct. ſeculo XIII. vel XIV. exaratus. Codex ob ſiglarum et ſyllabarum compendia lectu difficillimus, atque aetate et blattarum morſu miſerrime adfectus.

At maioris momenti ſunt, quae cod. CCCLXXIX. *bibliothecae Marcianae* continet e decem libris Strabonis prioribus *Georgii Gemiſti Plethonis* excerpta, quae vero rectius locupletiſſimam locorum Strabonianorum a doctiſſimo illo magni Beſſarionis praeceptore refectorum, melioremque in ordinem digeſtorum collectionem nominaveris. Summa enim

induſtriae cura, neque minori ſucceſſu *Gemiſti* plurima Strabonis loca deſperatiſſima, nullius codicis ope ſananda, vel ſolo ingenii acumine, vel codicum forte noſtris emendatiorum auxilio hoc in opere ita refinxit, melioremque in ordinem redegit ut ſexcentis locis, codicum auxilio plane deſtitutis eorum ſolo ſubſidio, Strabonem ad conditionem ſaniorem revocare potuerim. Quae excerpta iam *Caſaubono* cognita fuerunt, quorum nonnunquam in notis ad Strabonem mentionem facit; ipſa tamen accurate exegiſſe non videtur.

Alia ac plane diverſa *Gemiſti Plethonis* excerpta e Strabone ſunt in cod. Marciano CCCCVI, cum aliis ex Diodoro Siculo, Plutarcho, Appiano, Theophraſto etc. ab eodem compilatis. v. *Villoiſon.* Anecd. p. 244.

In *Bibliotheca Pariſienſi* cod. MCCCXVIII. ſec. XVI. quem *Franciſcum Aſulanum* olim poſſediſſe catal. codd. Reg. tom. II. pag. 368. refert, excerpta Strabonis ab editis toto coelo diverſa continet. Cuius codicis exemplum, librum X. exhibens, manu *Lucae Holſtenii* deſcriptum, in *bibliotheca Barberina* adſervatum vidimus.

Inter *Iſaaci Voſſii codices* in bibliotheca *collegii Etonenſi* cod. nr. MMCLXXI. Strabonis fragmenta habet. Catal. libr. manuſcriptorum Angliae et Hiberniae in unum collect. Oxon. 1697. *Montefalc.* bibl. t. I. 675.

De interpretatione Strabonis latina priori.

Guarinus e gente Guarina, *Veronenſis*, et *Gregorius Tiphernas* auctores Strabonis antiquae interpretationis latinae habentur: illum libri decem priores, hunc ſeptem poſteriores interpretem nacti ſunt. Ad bonos, praeprimis cod. Venetum A ſecutos,

cutos, libros, quorum lectionem ad verbum exprimit, cum haec interpretatio inſtituta ſit, eorum commodo inſervire poterit, quibus codices ipſos excutiendi facultas non eſt. Id tamen obſervandum eſt, interpretes et quidem praecipue *Guarinum*, in regionum et locorum denominatione, relicta codicum auctoritate, nonnunquam aliam, vel emendatiorem, vel praviorem lectionem ex ingenio ſubſtituiſſe. Editio princeps eſt, quae absque anni mentione, 1469, ut coniiciunt *Seemüller* in incunab. typogr. Ingolſtad. tom. I. p. 19. ſ. *Audiffredus* in catal. rom. edit. ſec. XV. p. 28. ſ. et S. V. *Panzer* in annal. typograph. vol. II. p. 413. vel ſecundum *Laireum* p. 168. 1471. Romae ex officina *Sweinshemii* et *Panarzii* prodiit. Saepius repetita fuit, ut obſervavimus in *Fabricii* B. Gr. t. IV. pag. 569. ſeq. Codices hanc interpretationem exhibentes manuſcripti proſtant: *Florentiae* in bibl. *Laurentino-Medicea*, Pl. XXX. cod. VII. eſt membranis inſcripta. *Bandinii* catal. laud. pag. 301. *Pariſiis* in bibliotheca nationis Francorum cod. MMMMDXCVI. catal. B. Reg. t. II. pag. 590. *Taurini* in biblioth. Regia. catal. eiusd. Biblioth. t. I. pag. 127. *Montfauc.* lib. laud. II. p. 1401.

De Strabonis editionibus graecis et graecolatinis.

MDXVI.

Editio *princeps* eſt Veneta, graecum textum exhibens ab *Aldo Manutio* iuris publici facta. Ad exemplum manuſcriptum corruptiſſimum excuſa eſt, et operarum erroribus ſcatet. Nonnulla regionum et locorum nomina ad *Guarini* lectionem Aldus refinxit.

MDXLIX.

Στραβωνος περι της γεωγραφιας βιβλια ιζ. *Strabo de ſitu orbis libri XVII. graece et latine, Guarino in latinum converſi a mendis repurgati a Marco Hoppero. Baſil.* fol.

Operam in graeco emendando, ut praefatio ad *Aegidium Tſchudum* Turicenſem indicat, locaverat *Marcus Hopperus*, in latino Ioannes *Hartungius*. Verum graeca, praeter operarum errores ſublatos, Hoppero nihil debent. Caetera plane ad Aldinum exemplum expreſſa ſunt.

MDLXXI.

Strabonis rerum geographicarum libri XVII, graece et latine interprete Guil. Xylandro, cum eiusdem notis et caſtigationibus ad calcem ſingulorum librorum ſubiectis. Baſil. ex officina Henr. Petri. fol.

Guilelmus Xylander, licet codicum auxilio deſtitutus, primus de textu Strabonis expoliendo bene mereri tentavit.

MDLXXXVII.

Strabonis rerum geographicarum libri XVII. Iſaacus Caſaubonus recenſuit, ſummoque ſtudio et diligentia ope etiam codicum veterum emendavit, ac commentariis illuſtravit. Genev. excudebat Euſtath. Vignon. fol.

Iſaacus Caſaubonus vix duodetriginta annos natus, editionem Strabonis inſtituit, qua priores longe ſuperavit. Graeca, etiam poſt Xylandri curas vitiis inquinata turpiſſimis, partim ſubſidio lectionum quatuor codicum manuſcriptorum, quas a ſocero Henrico Stephano acceperat, partim ingenii acumine, magnam partem reſtituit, notisque doctiſſimis illuſtravit. Errores Xylandri interpretationis intactos reliquit.

MDCXX.

MDCXX.

Strabonis rerum geographicarum libri XVII. graece cum Guil. Xylandri verſione latina ex recenſione et cum commentariis Iſaaci Caſauboni. Accedunt Fr. Morellii animadverſiones. Lutet. Paris. fol.

Editio ſecunda Caſauboni, priore ſplendidior et correctior, poſt fatum demum viri magni abſoluta.

MDCCVII.

Strabonis rerum geographicarum libri XVII. Accedunt huic editioni ad Caſaubonianam II. expreſſae, notae integrae G. Xylandri, Iſ. Caſauboni, Fr. Morellii, Iac. Palmerii, ſelectae vero ex ſcriptis P. Merulae, I. Meurſii, Ph. Cluverii, L. Holſtenii, Cl. Salmaſii, Sam. Bocharti, Iſ. Voſſii, Ez. Spanhemii, Ch. Cellarii aliorumque. Subiiciuntur Chreſtomathiae graece et latine. Amſtel. ap. Ioan. Wolters. fol. T. II.

Hanc ſplendidiſſimam editionem imprimendam curavit Theodor. Ianſon. ab Almeloveen, indicante praefatione.

MDCCLXIII.

Strabonis rerum geographicarum libri XVII. ad fidem MSStorum emendati, cum latina Xylandri interpretatione recognita, adnotationibus et indicibus ab uno e ſociis regiae inſcriptionum et humaniorum literarum academiae. Adiunctae ſunt tabulae geographicae ad mentem Strabonis delineatae. Pariſiis. 4. Tom. I.

Editionis huius, omnium, ſi ad finem perducta eſſet, ſplendidiſſimae, curam ſuſcepit *I. Brequignius* V. Cl. Textus exactus eſt ad fidem cod. reg. MCCCXVIII, cui auctor ſoli, etiam apertis in mendis, auctoritatem ſummam tribuit. Prodiit ſolummodo tomus primus, tres priores libros Strabonis exhibens. Adnotationes, quarum maxima pars circa

circa defenſionem codicis reg. lectionis verſatur, textui ſubiectae ſunt.

Verſiones Strabonis in linguas recentiores.

Italicam verſionem Strabonis edidit *Alfonſus Buonacutius* Venet. 1562. 4. tom. II.

Verſio *germanica* inſcripta eſt: *Des Strabo, eines alten ſloiſchen Weltweiſen, aus der Stadt Amaſia gebürtig, allgemeine Erdbeſchreibung, von Abraham Iacob Penzel.* T. IV. 8. Lemgoviae 1775 — 1777.

In ſermonem *hiſpanicum* e latino ſermone librum tertium Strabonis de Hiſpania *Ioannes Lopez* transtulit. Madrit. 1788. 8. Additus eſt textus graecus, cum integris Caſauboni notis, quibus ille ſuas et tres tabulas geographicas, Hiſpaniam antiquam eiusque comparationem cum Hiſpaniae praeſentis facie repraeſentantes, adiecit.

Reſtat, ut paucis de ratione, quam in Strabonis textu conſtituendo ſecuti ſumus, exponamus. Graeca ad codices Vaticanum A. et Venetum A. quos omnium praeſtantiſſimos cognovimus, expreſſa ſunt. ſingulas quoque lectiones bonas caeteris ex manuſcriptis excepimus. Codicum auxilio deſtituti, ad virorum doctorum emendationes nos recepimus, quorum ad ſententiam, invitis quoque codicibus, nonnulla refingere auſi ſumus. Quum vero Strabonis editori diligentia princeps in eruendis exſtirpandisque vitiis, regionum locorumque denominationi inſidentibus, collocanda ſit; quoniam eiusmodi ſcriptorem adeuntes magis rerum geographicarum, quam dictionis puritatis rationem habere ſoleant, omni ſtudio eniſi ſumus, ut hac in laboris parte lectorum deſiderio aliquo modo ſatisdaremus. Quam vero rem difficultatibus haud facile ſummovendis

vendis circumretitam invenimus. Etenim codices, quotquot a nobis excuſſi ſunt, in hac corruptelae parte vulgatis ita conveniunt, ut ſola eorum ope, paucis duntaxat locis nomen verum reſtitui poſſit. Quamobrem diu dubii fuimus, utrum, rebus ita comparatis, eiusmodi in locis critica exercenda eſſet nec ne: et prope erat, ut omnia intacta et integra ſervanda ſtatueremus: praeſertim cum ſuſpicionem, eamque, ut opinamur, non admodum vanam omnique fundamento deſtitutam, haberemus, magnam illius labis partem non tam librariorum oſcitantiae adſcribendam eſſe, quam ipſi Straboni, quem, in nominibus barbaris graecoque ori difficilibus pronunciatu literarum characteribus exprimendis aeque errare potuiſſe, ac noſtra aetate doctiſſimos geographicorum ſcriptores in referendis exterorum nominibus peccare videamus, dubium non eſt. Verum reputantes, ſic futurum eſſe, ut etiam maculis, ex librariorum incuria enatis, textus inquinatus relinqueretur, conſilio mutati, viam aliam, qua, niſi omnium, complurium tamen vitiorum tollendorum ſpem haberemus, inire ſtatuimus. Itaque, ubi in ipſa lectione codicis depravata, ſanioris veſtigia apparere viderentur, criticam adhibere, vitioſoque nomine repudiato, veram lectionem textui reſtituere minime dubitavimus. Sic ex. gr. Lib. V. 322. pro Ακουδισατιλλα vulgatorum cum *Breguignio* V. Cl. ſcripſimus Ακουαι Στατιελλαι, quia ex varia, licet depravatiſſima codicum lectione divinari potuit, ſic olim meliora exempla legiſſe. pariter textus noſter L. VI, 433. pro Ουενουσιας editorum exhibet cum *Tyrwhitto* Σινουσσης, propter codices, Ουνσσης et Ουνσιας habentes, quibus conjecturam Angli eruditiſſimi confirmatam deprehendiſſe arbitrabamur. At, eiusmodi verae lectionis veſtigia non ſemper apparent, codicibus plerumque

in

in locorum nominibus eundem, quam impreſſa, errorem tenentibus. Nonnulla itaque etiam invitis manuſcriptis refingenda duximus, eaque prae primis, quae circa regionum et locorum, peregrinorum frequentia celebratorum, aut Straboni ipſi viſitatorum appellatione errata deprehenderentur. namque haec a librariis corrupta videbantur. Contra vero, nomina regionum et locorum, barbarorum praecipue, et graeco romanove ori pronunciatu difficilium, quorum cognitio aliorum e relatione ad geographum pervenerit, intacta relinquenda ſtatuimus, quoniam, quae illis ſuſpecta ineſſent, a Strabone ipſo auctore profecta dici poſſent. Verum ubicunque vel minima e ſcriptis libris in textum recepimus, ea in variarum lectionum recenſu, graeco textui ſubiecto, breviter quidem, ſed ſumma fide adnotavimus; rationes harum mutationum in tomo ultimo reddituri.

Operarum vitia ad calcem tomi ultimi indicaturi ſumus. Pauca tamen, quae oculo fugitivo primum hunc tomum relegentes, in variarum lectionum recenſu animadvertimus, lector ita reſtituat, rogamus. pag. 1. pro *Strabonem* leg. *Strabo.* p. 9. recentiori manu, leg. *quae vox ultima a recentiori manu.* pag. 108. ut in editis leg. *libris et in editis.* p. 134. in. leg. *In.* p. 148. abiicit leg. *reiecit.* pag. 293. vulgari. leg. *vulgato.* p. 351. not. m. legendum eſt: *In Vat. A. a recentiori manu adſcripta ſunt.* p. 342. not. f. pro, Sic Pletho leg. *Sic Gemiſt. Pletho.* p. 406. pro ſcribere, leg. *ſcribi.* p. 463. pro Epitomae leg. *Epitomes.*

ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Ὅτι οὐκ ἐκτὸς φιλοσοφίας ἡ γεωγραφικὴ πραγματεία. Ὅτι καὶ Ὅμηρος αὐτῇ παντάχῃ τῶν ἐτῶν φαίνεται χρώμενος. Ὅτι οἱ πρότερον αὐτῇ χρησάμενοι ἐλλιπῶς ἢ ἀναρθρώτως, ἢ ἐσφαλμένως, ἢ ψευδῶς, ἢ τοῖς αὐτοῖς ἀσυμφώνως εἰρήκασιν. Ἔλεγχοι καὶ ἀποδείξεις τῶ εἰκότως αὐτὸν ὕστω κρίνειν πεφαλαιώδεις, πάσης οἰκουμένης σωτέρας ὑποτυπώσεις τὴν διάθεσιν. Πίστις εἰκότων, καὶ τεκμηρίων βεβαίωσις τῶ κατὰ πολλὰ μέρη τὴν γὴν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ εἰς ἀλλήλους μετατεθῆναι.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBRI PRIMI CAPITA.

Geographiae tractatio non eſt aliena a philoſophia. Homerus in poëmatibus multam geographiae cognitionem prodit. Qui prius geographiam tractaverunt, multa vel omiſerunt, vel confuſa, dubia, falſa, inter ſe diſſidentia tradiderunt. Pluribus argumentis Strabonem ſe recte ſic pronuntiaſſe demonſtrat, et totius terrae habitabilis diſpoſitionem ſummatim oculis ſubiicit. Coniecturae et exempla, quibus oſtenditur terrarum partes quamplurimas in maria verſas, et viciſſim.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ
ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α.

Pag. 1. Τῆς τὲ φιλοσόφε πραγματείας εἶναι νομίζομε εἴπερ ἄλλην τινὰ, καὶ τὴν γεωγραφικὴν, ἣν νῦν προῃρήμεθα ἐπισκοπεῖν. Ὅτι δ' ὁ φαύλως νομίζομεν, ἐκ πολλῶν δῆλον. Οἵ τε γὰρ πρῶτοι θαρρήσαντες αὐτῆς ἅψασθαι, τοιοῦτοί τινες ὑπῆρξαν· Ὅμηρός, τε καὶ Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, καὶ Ἑκαταῖος ὁ πολίτης αὐτοῦ, καθὼς καὶ Ἐρατοσθένης
pag. 2. φησί· καὶ Δημόκριτος δὲ, καὶ Εὔδοξος, καὶ Δικαίαρχος,

STRABONIS
GEOGRAPHICARVM RERVM
LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Terrae deſcriptionem, quam in praeſentia inſtituimus, philoſopho non minus ulla alia re, quam is ſuae tractationis eſſe ducit, conſiderandam cenſemus. Quod nos haud abs re ſentire, multis argumentis liquet. Qui enim primi geographiam attingere auſi ſunt, philoſophi ii fuere: Homerum dico, Anaximandrum Mileſium, eiusque civem Hecataeum (ut Eratoſthenes etiam ait) item Democritum, Eudoxum, Dicaear-

χος, καὶ Ἔφορος, καὶ ἄλλοι πλείους· ἔτι δὲ οἱ μετὰ τούτους Ἐρατοσθένης τὲ καὶ Πολύβιος, καὶ Ποσειδώνιος, ἄνδρες φιλόσοφοι. Ἥτε πολυμάθεια, δι' ἧς μόνης ἐφικέσθαι τοῦδε τοῦ ἔργου δυνατὸν, οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν, ἢ τοῦ τὰ θεῖα καὶ [a] τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντος· ὥνπερ τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην φασίν. Ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ὠφέλεια ποικίλη τὶς οὖσα, ἡ μὲν πρὸς τὰ πολιτικὰ, καὶ τὰς ἡγεμονικὰς πράξεις, ἡ δὲ πρὸς ἐπιστήμην τῶν τε οὐρανίων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης ζώων, καὶ φυτῶν, καὶ καρπῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἰδεῖν παρ' ἑκάστοις ἐστὶ, τὸν αὐτὸν ὑπογράφει ἄνδρα, τὸν φροντίζοντα τῆς περὶ τὸν βίον τεχνης, καὶ εὐδαιμονίας.

Ἀναλαβόντες δὲ καθέκαστον ἐπισκοπῶμεν τῶν εἰρημένων [b] ἔτι μᾶλλον. Καὶ πρῶτον, ὅτι ὀρθῶς ὑπειλήφαμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν, ὧν ἐστι καὶ Ἵππαρχος, ἀρχηγέτην εἶναι τῆς γεωγραφικῆς ἐμ-

 πειρίας

VARIANTES LECTIONES.

a) ἀνθρώπινα] ἀνθρώπεια Vat. A. Stroz. A. Venet. Casaub. Cod. Reg. b) ἔτι μᾶλλον] ἔτι δὲ μᾶλλον Casaub. Venet. A.

caearchum, Ephorum, aliosque complures: nec non iis aetate posteriores Eratosthenem, Polybium, Posidoniumque, homines et ipsos philosophos. Iam multarum rerum cognitio, qua sola hoc opus confici potest, non est nisi eius, qui divinas humanasque res contemplatur, quarum rerum scientia philosophiam definiunt. Tum utilitas quoque multiplex, quae partim ad negotia civilia actionesque principum virorum conducit, partim ad cognitionem coelestium, terrestrium, maritimorumque animantium, stirpium, frugum, atque aliarum rerum quae singulis visuntur locis, virum designat eum, cui vitae ars et beatitas curae sit.

Verum singula haec denuo orsi accuratius perpendamus: ac primo loco id, recte et a nobis, et a maioribus nostris, quos inter est etiam Hipparchus, existimatum fuisse, primum geographicae

πειρίας Ὅμηρον· ὃς ἀ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησ
ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται τὰς πάλαι, καὶ τὰ
ὕστερον, ἀλλὰ σχεδόν τι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπει
ρίᾳ τὸν πολιτικόν· ἀφ' ἧς ἀ μόνον περὶ τὰς πράξει
ἐσπούδασεν ἐκεῖνος, ὅπως ὅτι πλείστας γνοίη καὶ
παραδώσῃ τοῖς ὕστερον ἐσομένοις· ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ
τὰς τόπους τάς τε καθ' ἕκαστα, καὶ τὰς κατὰ σύμπα-
σαν τὴν οἰκουμένην γῆν τε, καὶ θάλατταν. Οὐ γὰρ
ἂν μέχρι τῶν ἐσχάτων αὐτῆς περάτων ἀφίκετο τῇ
μνήμῃ κύκλῳ περιιών. Καὶ πρῶτον μὲν τῷ ὠκεανῷ
περίκλυστον, ὥς περ ἐστὶν, [c] ἀπέφηνεν αὐτήν· ἔπειτα
δὲ τῶν χωρίων τὰ μὲν ὠνόμαζε, τὰ δὲ ὑπηνίττετο
τεκμηρίοις τισί· Λιβύην μὲν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ
Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς (οὓς εἰκὸς λέγειν τοὺς Τρωγλο-
δύτας Ἄραβας) ῥητῶς λέγων· τοὺς δὲ πρὸς ταῖς ἀνα-
τολαῖς καὶ δύσεσιν αἰνιττόμενος ἐκ τοῦ τῷ ὠκεανῷ
κλύ-

c) ἀπέφηνεν] ἀπέφαινεν Caſ. Strоz. B. Vat. A. B. Venet. A.

phicae peritiae autorem eſſe Homerum: qui non modo poëtica virtute omnes et priores et poſteriores ſuperavit, ſed fere etiam vitae civilis experientia: qua is adiutus, non in hoc modo operam dedit, ut actiones plurimas cognoſceret, easque ad poſteritatem transmitteret, ſed et in locorum, cum quae ſingularum ſunt regionum, tum totius quatenus incolitur, terrarum orbis marisque explorationem ac deſcriptionem idem impendit induſtriae. Absque enim hoc fuiſſet, nunquam ille in orbem rediens commemorando terrae ſitu, ad extremos usque eius fines pertigiſſet. Enimvero primo omnium terram, ita ut res habet, undiquaque oceano cinctam allui pronunciavit. Deinde regionum alias nominatim, alias certis quibusdam notis per ambages indicavit. Sic Libyam, Aethiopiam, Sidonios et Erembos, quos Troglodytas Arabes recte dixeris, nominatim appellat; qui vero ad ortum et occaſum ſolis habitant, eos per ambages indi-

cat,

κλύζεσθαι. [d] Ἐνθένδε γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον· ὡς δὲ αὕτως καὶ τὰ ἄστρα·

Ἥλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούραις
Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο.
Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν.

Καὶ τὰς ἀστέρας λελουμένους ἐξ ὠκεανοῦ λέγει.

Τῶν δ' ἑσπερίων ἀνδρῶν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐμφανίζει, καὶ τὴν εὐκρασίαν τοῦ περιέχοντος· πεπυσμένος, ὡς ἔοικε, [e] τὸν Ἰβηρικὸν πλοῦτον, ἐφ' ὃν καὶ Ἡρακλῆς ἐστράτευσε, καὶ οἱ Φοίνικες ὕστερον, οἵπερ καὶ κατέσχον τὴν πλείστην ἀρχήν· [f] μετὰ ταῦτα δὲ Ῥωμαῖοι. Ἐνταῦθα γὰρ αἱ τοῦ Ζεφύρου πνοαί. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Ἠλύσιον ποιεῖ πεδίον ὁ ποιητὴς, εἰς ὃ πεμφθήσεσθαι [g] τὸν Μενέλαόν φησιν ὑπὸ pag. 3.
τῶν θεῶν·

A 3 Ἀλλὰ

d) Ἐνθένδε] ἐντεῦθεν Bemb. Stroz. A. Vat. A. Venet. A. e) Ἰβηρικὸν πλοῦτον] Reg. Venet. rel. cum impreſſis Ἰβ. πλοῦν. f) μετὰ ταῦτα] μετὰ δὲ ταῦτα Bemb. Caſ. Stroz. A. Venet. g) τὸν Μενέλαόν φησιν] φησι τὸν M. Bemb. Stroz. A. Reg. Vat. uterque Venet.

cat, innuens ſcilicet eos oceano alli. Nam ſolem ex oceano oriri, et in eundem occidere ait, itemque ſtellas:

Iamque recens terras tangebat lumine Titan
Oceani liquidis placide ſubvectus ab undis.

Et

Fulgida Latoidae ſimul incidit oceano lux
Attraxitque nigram noctem. —

Aſtra quoque dicit lavari oceano.

Caeterum eorum, qui Occidentem incolunt, felicitatem etiam, bonamque aëris temperiem demonſtravit, quia procul dubio audiverat de Ibericis divitiis, quarum cauſſa Hercules expeditionem fecit, et poſtea temporis Phoenices, qui et ampliſſimo ſunt potiti imperio, ac tandem Romani. Ibi enim ſpirat Favonius, atque eo poëta collocat Elyſium campum, in quem a diis miſſum iri Menelaum fingit:

Sed

Ἀλλὰ σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γα
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅτι ξανθὸς Ῥαδάμαν-θος
Τῇ περ ῥηϊστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν·
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὔτέ ποτ' ὄμβρο
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησι.

Καὶ αἱ τῶν μακάρων δὲ νῆσοι πρὸ τῆς Μαυρουσίας εἰσὶ τῆς ἐσχάτης πρὸς δύσιν, καθ' ὃ μέρος συντρέχει καὶ τὸ τῆς Ἰβηρίας [h] τὸ ταύτῃ πέρας. Ἐκ δὲ τῆς ὀνόματος δῆλον, ὅτι καὶ ταύτας ἐνόμιζον εὐδαίμονας, διὰ τὸ πλησιάζειν τοιούτοις χωρίοις.

Ἀλλὰ μὴν ὅτιγε καὶ Αἰθίοπες ἔσχατοι ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ, δηλοῖ· ὅτι μὲν ἔσχατοι,

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Οὐ δὲ τῷ, διχθὰ δεδαίαται, φαύλως λεγομένῳ, ὡς δειχθήσεται ὕστερον· ὅτι δ' ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ·

Ζεὺς

h) τὸ ταύτῃ] τὸ ταύτης Reg. Stroz. uterque, Vat. a. B. Venet.

Sed te, qua terrae poſtremus terminus extat,
Elyſium ad campum coeleſtia numina mittent,
Quem Radamanthus habet, qua vita facillima longe
Ducitur. Haud campos Iupiter nive conſpuit illos,
Miſcetur gelidis neque tempeſtatibus aër,
Nulli imbres: tantum ſpirat lenis aura Favonii
Miſſaque ab oceano nimios demitigat aeſtus.

Fortunatorum inſulae etiam ante Mauruſiae fines occiduos ſitae ſunt, quam ad partem et Iberiae extrema occidua concurrunt. Ex nomine autem earum clarum eſt, eas quoque fortunatas ideo creditas fuiſſe, quod iſtis eſſent locis vicinae.

Porro Aethiopes ultimos ad oceanum eſſe docet: ultimos, hoc carmine:

Extremos hominum Aethiopes, geminisque diremtos
Partibus.

(Neque vanum eſt, quod dicit *geminis diremtos partibus*, ut infra demonſtrabitur). Ad oceanum autem eos habitare his innuit verſibus:

Nam-

Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα.

Ὅτι δὲ καὶ [i] ἡ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἐσχατιὰ παρωκεανῖτις ἐστὶν, ἅπας ἠνίξατο εἰκὼν περὶ τῆς ἄρκτου·

Οὔπῃ δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Διὰ μὲν γὰρ τῆς ἄρκτου, καὶ τῆς ἀμάξης, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ· ἃ γὰρ ἂν τοσούτων ἀστέρων ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ περιφερομένων τῷ ἀεὶ φανερῷ, οἷον ἄμμορον εἶπε λοετρῶν ὠκεανοῖο. ὡς τ' ἀπειρίαν αὐτῆ καταγινώσκουσιν, ὡς μίαν ἄρκτον ἀντὶ δυοῖν εἰδότος· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν που, [k] τὴν ἑτέραν ἠγνοηθετῆσθαι· ἀλλ' ἀφ' ἧς οἱ Φοίνικες ἐσημειώσαντο, καὶ ἐχρῶντο [l] πρὸς τὸν πλοῦν, παρελθεῖν καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας τὴν διάταξιν ταύτην· ὥσπερ καὶ τὸν Βερενίκης πλόκαμον, καὶ τὸν Κάνωβον, ἐχθὲς καὶ πρώην κατωνομασμέ-

i) ἡ πρὸς ταῖς ἄρκτοις] ἡ πρὸς ἄρκτον Bemb. ἡ πρὸς ἄρκτον ταῖς ἄρκτοις Vat. B. k) ἠγνοηθετῆσθαι] μὴ ἠγνοητῆσθαι. Reg. ap. Montefalc. Venet. l) πρὸς τὸν πλοῦν] ἐπὶ τ. πλ. Caſ. Venet. Stroz. A.

Namque heſternus ad oceanum eſt iuſtoſque profectus
Iupiter Aethiopas, quorum convivia viſit.

Extremam quoque terrae verſus Septentriones oram oceano adiacere, verborum ambage ſignificavit, de urſa ſcribens:

Excluſa oceani prorſum eſt ſola iſta lavacris.

Nomine enim urſae et plauſtri, arcticum, hoc eſt Septentrionalem circulum notat. Neque eni.ᵉ. cum tot ſidera eodem in loco ſemper conſpicuo revolvantur, iſtam ſolam nunquam oceano lavari dixiſſet. Quapropter non iam imperitiae culpari debet, ut qui loco duarum urſarum unicam habuerit cognitam: cum probabile non ſit alterius quoque ſidus iam tum fuiſſe: ſed appareat ab eo tempore, quo id a Phoenicibus obſervatum et ad dirigendas navigationes uſurpatum fuit, eius ſideris inſtitutum etiam ad Graecos fuiſſe propagatum: quo modo etiam crinis Berenices, et Canopus ab his recepta ſunt, quibus nuper admodum ſunt facta

μασμένον· πολλὰς δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμους ὄντας, καθάπερ καὶ Ἄρατός φησιν. Οὐδὲ Κράτης ἂν ὀρθῶς γράφει·

Οἷος δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν,

φεύγων τὰ μὴ φευκτά. Βελτίων δ' Ἡράκλειτος καὶ Ὁμηρικώτερος, ὁμοίως ἀντὶ τῆ ἀρκτικῆ, τὴν ἄρκτον ὀνομάζων. „[m] Ἠοῦς γὰρ καὶ ἑσπέρας τέρματα „ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτω οὖρος αἰθρίης διός·" ὁ γὰρ ἀρκτικός ἐστι δύσεως καὶ ἀνατολῆς ὅρος, οὐχ ἡ
pag. 4. ἄρκτος. Διὰ μὲν δὴ τῆς ἄρκτω, ἣν καὶ ἅμαξαν καλεῖ, καὶ τὸν Ὠρίωνα δοκεύειν φησὶ, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ· διὰ δὲ τῆ ὠκεανῆ τὸν ὁρίζοντα, εἰς ὃν, καὶ ἐξ ἧ, τὰς δύσεις, καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται. Εἰπὼν δὲ αὐτῆ στρέφεσθαι, καὶ ἀμοιρεῖν τῆ ὠκεανῆ, οἶδεν, ὅτι κατὰ σημεῖον τὸ ἀρκτικώτατον τῆ ὁρίζοντος γίνεται ὁ ἀρκτικός. Ἀκολάθως δὴ τάτῳ τὸ ποιητικὸν [n] ἁρμόσαντες, τὸν μὲν ὁρίζοντα ὀφείλομεν δέχεσθαι, τὸ

m) Ἠοῦς γὰρ] γὰρ deeſt in Codd. Reg. et Venet. n) ἁρμόσαντες] προσαρμόσαντες Venet.

facta nomina, nec non aliae multae ſtellae, quae adhuc carent nominibus, quod et Aratus fatetur. Ergo ne Crates quidem recte ſcripſit:

Oceani prorſum ſolus caret iſte lavacris:

fugiens id, quod fugiendum non erat. Melior Heraclitus ac Homero convenientior, qui itidem per urſam arcticum circulum intelligit. *Terminus enim* (inquit) *aurorae et veſperae eſt urſa: et e regione urſae aura eſt ſereni Iovis;* nimirum vero non urſa, ſed arcticus circulus, limes eſt ortus atque occaſus. Ergo urſae nomine, quam et plauſtrum vocat, et ab ea obſervari Orionem dicit, arcticum intelligit circulum: oceani autem, horizontem, in quem occaſus et e quo ortus fiant. Quod autem eodem in loco circumverti urſam et in oceano non mergi ait, eo indicat, ſe noviſſe, arcticum circulum ad id horizontis punctum deſcribi, quod ad ſeptemtrionem omnium magis accedit. His iam poëtae verba convenienter accommodantes, horizontis loco debemus ſumere id, quod in terra ocea-

no

ο τὸ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως τῷ ὠκεανῷ· τὸν δ' ἀρκτικὸν, τῆς γῆς ἀπτόμενον, ὡς ἂν πρὸς αἴσθησιν κατὰ τὸ ἀκριβέστατον τῆς οἰκήσεως σημεῖον· ὥστε καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γῆς, κλύζοιτ' ἂν τῷ ὠκεανῷ κατ' αὐτόν. ρ Καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ οἵδε τοὺς προσβορείους μάλιστα, εὖς ὀνομαζὶ μὲν οὐ δηλοῖ· (οὐδὲ γὰρ νῦν που κοινὸν αὐτοῖς ὄνομα κεῖται πᾶσι) τῇ διαίτῃ δὲ φράζει, Νομάδας αὐτοὺς ὑπογράφων καὶ ἀγαυοὺς ἱππημολγοὺς, γαλακτοφάγους ἀβίους τε.

Καὶ ἄλλως δ' ἐμφαίνει τὸ κύκλῳ περικεῖσθαι τῇ γῇ τὸν ὠκεανὸν, ὅταν οὕτω φησὶν ἡ Ἥρα·

Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβην πείρατα γαίης,
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν·

τοῖς γὰρ πέρασι πᾶσι συνῆφθη λέγει τὸν ὠκεανόν· q τὰ δὲ πέρατα κύκλῳ περίκειται· ἔν τε τῇ ὁπλο-

ο) τὸ ἐπὶ] τὸν ἐπὶ Caſaub. Cod. et Venet. p) Καὶ — μάλιστα] Sic omnes quos evolvi Codd. Perperam in editis: κατ' αὐτὸν δὲ, τοὺς ἀνθρώπους, οἵδε κ. τ. λ. q) τὰ δὲ πέρατα.] Sic omnes Codd. et Interpr. prior. Editi τὰ δὲ πέρατα ἔσχατα, quae vox margini Cod. Vat. B. recentiori manu adſcripta eſt.

no reſpondet, et ſub arctico circulo eam terrae partem intelligere debemus, quae ſenſus iudicio maxime ad ſeptemtrionem accedit; itaque ea pars terrae, ſi Homerico more loquaris, oceano alluetur. Praeterea maxime agnovit homines ſeptemtrionales, quos nominatim quidem non appellat, (cum ne hodie quidem commune iis univerſis nomen ſit impoſitum) ſed vitae degendae ratione eos deſcribit, Nomadas ipſos deſignans, quos et ſplendidos equarum mulctores, lacte veſcentes, et inculcos vocat.

Alias quoque oceano terram in orbem ambiri innuit, ita ſante Iunone:

Namque abeo fines terrae infpectura feracis,
Oceanumque Deum primordia —

omnibus finibus eius oceanum eſſe adiunctum dicens: fines autem circulo eam ambiunt. Et in armorum fabricatio-

ποιῖα τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος κύκλῳ περιτίθησι τ
ὠκεανὸν ἐπὶ τῆς ἴτυος. Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς φιλ
πραγμοσύνης καὶ τὸ μὴ ἀγνοεῖν τὰ περὶ τὰς [r] πλημ
μυρίδας τὴ ὠκεανοῦ καὶ τὰς ἀμπώτεις, ἀψορρό
ὠκεανοῖο [s] λέγοντα· καὶ,

Τρὶς μὲν γὰρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ

καὶ γὰρ εἰ μὴ τρὶς, ἀλλὰ δὶς, τάχα τῆς ἱστορίας [t] παραπεσούσης, ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης ἀλλ' ἦγε προαίρεσις τοιαύτη. καὶ τὸ ἐξ ἀκαλαρ
ρείταο δὲ, ἔχει τινὰ ἔμφασιν τῆς πλημμυρίδος ἐχέσης τὴν ἐπίβασιν πραεῖαν, καὶ οὐ τελέως ῥοώδη. Ποσει-
δώνιος δὲ καὶ ἐκ τῆ σκοπέλους λέγειν τοτὲ μὲν κα-
λυπτομένους, τοτὲ δὲ γυμνωμένους, καὶ ἐκ τῆ, ποτα-
μὸν φάναι τὸν ὠκεανὸν, εἰκάζει τὸ ῥοῶδες αὐτῆ τὸ
[v] ἐπὶ τὰς πλημμυρίδας ἐμφάνιζεσθαι· τὸ μὲν ἂν
πρῶ-

r) πλημμυρίδας] Sic mſcti libri; πλημμυρίας impreſſi. s) λέγοντα] λέγοντι Codd. omnes. t) παραπεσούσης] παραπεσόντος, Caſ. Bemb. Stroz. Reg. v) ἐπὶ τὰς πλ.] περὶ τας πλ. Venet.

brication, in ora clypei Achillis rotundi oceanus circumponitur. Ad eandem ſolertiam pertinent, quod affluxus et refluxus oceani non ignoravit, oceano refluentis appellationem tribuens, et ibi,

Terque die allidit fluctus, totiesque reſorbet.

Quod enim non ter, ſed bis aeſtus maris quotidie accidit, in eo aut aberravit a vero narratio, aut in ſcriptura mendum eſt: certe aeſtum maris voluit ſignificare poëta. Quin et id, quod oceanum leviter fluentem appellat, affluxum aeſtus marini exprimit, leniter accedentem, et non omnino impetuoſum. Poſidonius vehementiorem affluxum augeſcentis maris eo etiam innuiſſe Homerum putat, quod ſcopulos memoravit modo occultatos, modo detectos, et quod fluvii nomine oceanum affecit; quorum prius rectum

πρῶτον εὖ· τὸ δὲ δεύτερον οὐκ ἔχει λόγον. ὅτε γὰρ ποταμίῳ ῥεύματι [x] ἔοικεν ἡ τῆς πλημμυρίδος ἐπίβασις· πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ ἀναχώρησις ἀ τοιαύτη. Ὅ, τε τῆ Κράτητος λόγος διδάσκει τὶ πιθανώτερον. βαθύῤῥουν μὲν γὰρ καὶ ἀψόῤῥοον λέγει, [ὁμοίως δὲ καὶ ποταμὸν] τὸν ὅλον ὠκεανὸν, λέγει δὲ καὶ μέρος τῆ ὠκεανῆ τὶ ποταμὸν, καὶ ποταμοῖο ῥόον, ἀ τῆ ὅλῃ, ἀλλὰ τῆ μέρει, ὅταν ἔτω [y] φησίν·

Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο
Νηῦς, ἀπὸ δ' ἴκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο·

ἀ γὰρ τὸν ὅλον, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ ὠκεανῷ τῆ ποταμῆ ῥόον μέρος ὄντα τῆ ὠκεανῆ (ὃν φησιν ὁ Κράτης ἀνάχυσίν τινα καὶ κόλπον ἐπὶ τὸν νότιον πόλον ἀπὸ τῆ χειμερινῆ τροπικῆ διήκοντα· τοῦτον γὰρ δύναιτ' ἄν τις ἐκλιπῶν, ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὠκεανῷ)· τὸν δὲ ὅλον ἐκλιπόντα

x) ἔοικεν — ἐπίβασις] Sic libri mſcti. vulgo ἔοικεν ἐπίβασις τῆς πλημμυρίδος. y) φησιν] φῇ Vat. A. B. Stroz. A.

reſtum eſt, poſterius nihil habet rationis. Nam neque incremento maris aqua ita accedit, ut curſui fluminis ea acceſſio ſit ſimilis: et receſſio adhuc etiam magis ei diſſimilis eſt. Cratetis expoſitio quippiam habet probabilius. Ait enim iſte, Homerum quidem totum oceanum profunde et retro fluentem nominare; fluvii autem et fluminis fluxus denominatione non totum oceanum, ſed partem eius inſignire. Igitur poëta verbis:

Navis ut oceano primum eſt egreſſa fluenta,
Atque maris vaſti tumidas devenit in undas,

non de toto oceano, ſed de fluminis in oceano decurſu, quod pars eſt oceani, loqui. Hoc Crates aeſtuarium et ſinum quendam eſſe putat, qui ab hyberno tropico usque ad polum pertineat: quem ſane egreſſus aliquis, adhuc poſſit eſſe in oceano; nullo autem modo fieri poteſt, ut e toto oceano egreſſus adhuc

πόντα ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὅλῳ, οὐχ οἷόν τε. Ὅμηρος δὲ γε ἄτω φησὶ,

. . . . . ποταμοῖο λίπεν ῥόον . . . .
. . . ἀπὸ δ' ἴκετο κῦμα θαλάσσης·

ἥτις οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν, ἀλλὰ ὠκεανός. γίνεται δ' ἂν, ἐὰν ἄλλως δέχῃ, ἐκβὰς ἐκ τῆ ὠκεανοῦ, ἦλθεν εἰς τὸν ὠκεανόν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν μακροτέρας ἐστὶ διαίτης.

Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς πείρας ληπτέον. [z] πανταχῆ γὰρ ὁπῆ ποτ' οὖν ἐφικτὸν γέγονεν ἀνθρώποις ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς [a] προελθεῖν, εὑρίσκεται θάλαττα, ἣν δὴ καλοῦμεν ὠκεανόν. καὶ ὅπῃ [b] δὴ αἰσθήσει λαβεῖν οὐχ ὑπῆρξεν, ὁ λόγος δείκνυσι. Τὸ μὲν γὰρ ἑωθινὸν πλευρὸν τὸ κατὰ τοὺς Ἰνδοὺς, καὶ τὸ ἑσπέριον, τὸ κατὰ τοὺς Ἴβηρας, καὶ τοὺς Μαυρουσίους, περιπλεῖται πᾶν, καὶ ἐπὶ πολὺ τοῦτε Νοτίου μέρους, καὶ τοῦ Βορείου·

z) πανταχῆ γὰρ ὁπῆ] παντοχοῦ γὰρ ὁπῆ Reg. Venet. a) προελθεῖν] παρελθεῖν. Bemb. b) δὴ αἰσθήσει] δὲ τῇ αἰσθήσει Reg.

huc fit in toto. Homerus autem ita ait:

. . . . *fluvii eſt egreſſa fluentum* . . .
. . . . . *maris devenit in undas* . . . . .

quod mare non eſt niſi oceanus. Si itaque hunc locum aliter interpreteris, conficietur, ut oceano egreſſus oceanum dicatur intraſſe. Sed haec prolixioris ſunt diſputationis.

Caeterum terram, quae habitatur, eſſe inſulam, primo omnium ſenſu et experientia docemur. Ubicunque enim unquam conceſſum fuit hominibus ad fines usque terrae progredi, mare invenitur, quod oceanum nominamus; et ubi ſenſu hoc deprehendere non licuit, ratio idem demonſtrat. Latus enim orientale, quod eſt apud Indos, et occiduum, quod eſt iuxta Hiſpanos et Mauruſios, undiquaque circumnavigatur, et magna pars cum meridionalis, tum ſeptentrionalis

Βορείῳ· τὸ δὲ λειπόμενον, ἅπλων ἡμῖν μέχρι νῦν, τῷ μὴ συμμίξαι μηδένας ἀλλήλοις τῶν ἀντιπεριπλεόντων, ἢ πολύ, εἴτις συντίθησιν, ἐκ τῶν παραλλήλων διαστημάτων, τῶν ἐφικτῶν ἡμῖν. Οὐκ εἰκὸς δὲ, διθάλαττον εἶναι τὸ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικὸν, ἰσθμοῖς διειργόμενον ὅτῳ ϛενοῖς, τοῖς κωλύσι τὸν περίπλων· ἀλλὰ μᾶλλον σύῤῥουν, καὶ συνεχές. Οἵτε γὰρ περιπλεῖν [c] ἐπιχειρήσαντες, εἶτα ἀναϛρέψαντες, οὐχ ὑπὸ ἠπείρου τινὸς [d] ἀντιπιπτούσης καὶ κωλυούσης, τὸν ἐπέκεινα πλοῦν ἀναχρῆσθαι φασὶν, ἀλλὰ ὑπὸ ἀπορίας, καὶ ἐρημίας, ὀδὸν ἧττον τῆς θαλάττης ἐχούσης τὸν πόρον. Τοῖς τε πάθεσι τῦ ὠκεανῦ τοῖς περὶ τὰς ἀμπώτεις, καὶ τὰς πλημμυρίδας ὁμολογεῖ τῦτο μᾶλλον· πάντη γοῦν ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν τε μεταβολῶν ὑπάρχει, καὶ τῶν αὐξήσεων, καὶ μειώσεων,

c) ἐπιχειρήσαντες] ἐγχειρήσαντες. Vat. uterque. Venet. Stroz. A. d) ἀντιπιπτούσης καὶ κωλυούσης] Ita omnes quos vidi Codd. acc. Caſ. Reg. et Medic. ap. Gronov. In editis deſunt καὶ κωλυούσης.

trionalis lateris. Reliquum, quod huc usque nobis navigatum non eſt, quia nullum commercium inter nos et eos eſt, qui partes contrarias circumnavigarunt, non eſt multum; quod intelligitur, ſi quis utrinque inter ſe conferat intervalla eorum locorum, ad quae nobis pervenire licet. Veriſimile etiam non videtur, Atlanticum pelagum eſſe bimare, et anguſtis dirimi iſthmis, qui obſtent, ne navibus circumiri poſſit; multo contra eſt probabilius eum confluere in ſeſe, et eſſe continuum. Nam qui terram circumnavigare adgreſſi, ac deinde retrorſum converſi ſunt, ii haud obiectu terrae cuiusdam, quae navigationem impediret ulteriorem, ſed mari haud ſecius navigabili, ob penuriam rerum et ſolitudinem ſe retroactos aiunt. Haec noſtra ſententia melius congruit iis, quae oceano accidunt, fluxui nempe atque refluxui; ubique enim modus mutationum, incrementi, decrementi

σεων, ἢ ὁ πολὺ παραλλάττων· ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς πελαγους τῆς κινήσεως ἀποδιδομένης, καὶ ἀπὸ μιᾶς αἰτίας.

pag. 6. Ἵππαρχος δ' ὁ πιθανός ἐστιν, ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ, ὡς ὕθ' ὁμοιοπαθοῦντος τοῦ ὠκεανοῦ [e] παντα-χοῦ, ὅτ' εἰ δοθείη τοῦτο ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τοῦ σύρρουν εἶναι πᾶν τὸ κύκλῳ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικόν· πρὸς τὸ μὴ ὁμοιοπαθεῖν μάρτυρι χρώμενος Σελεύκῳ τῷ Βαβυλωνίῳ. Ἡμεῖς δὲ τὸν μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ τῶν πλημμυρίδων εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ Ἀθηνόδωρον, ἱκανῶς διακρατήσαντας τὸν [f] περὶ τούτων λόγον· πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπὶ τοσοῦτον λέγομεν, [g] ὅτι πρός τε τὴν ὁμοιοπάθειαν οὕτω βέλτιον [h] νομίσαι. τά τε ἑράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον ταῖς ἐντεῦθεν ἀναθυμιάσεσιν, εἰ πλεῖον εἴη τὸ ὑγρὸν περικεχυμένον.

[i] Ὥσπερ δὲ τὰ ἔσχατα καὶ τὰ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης οἶδε, καὶ φράζει σαφῶς ὁ ποιητὴς, οὕτω καὶ τὰ

e) παντα χοῦ] παντελῶς Stroz. B. f) περὶ τούτων] περὶ τούτου Venet. g) ὅτι πρὸς] ὡς πρὸς omnes Codd. h) νομίσαι] νοήσαι Vat. B. Stroz. A. B. i) Ὥσπερ δὲ] Sic uterque Vat. et Caſaub. libri.

mentique idem eſt, aut non multum varians; quaſi motu iſto ab uno mari, unaque cauſſa profecto. Neque fidem meretur Hipparchus, qui eo hanc ſententiam impugnat, quod neque ubique eadem oceano accidant, neque ſi hoc detur, inde efficiatur Atlanticum mare in ſe refluere atque in orbem redire, et qui Seleuci Babylonii teſtimonio probare ſtudet, eadem oceano ubique non accidere. Nos vero maiorem quaeſtionis partem de oceano et aeſtu ad Poſidonium atque Athenodorum reiicimus, qui de his copioſe diſputaverunt. In praeſentia id modo dicimus: ſententia noſtra accidentium ſimilitudinem melius explicari. Coeleſtia quoque melius ali videntur, ſi humor copioſior circumfundatur.

Enimvero ſicut extrema et in orbem terrae circumdata novit Homerus atque perſpicue indicat, ita mare quoque

τὰ τῆς θαλάττης τῆς ἐντός. Περιέχει γὰρ ταύτην, ἀπὸ στηλῶν [k] ἀρξαμένῳ, Λιβύη τε, καὶ Αἴγυπτος, καὶ Φοινίκη· ἐξῆς δὲ ἡ πέριξ τῆς Κύπρου· εἶτα Σόλυμοι, καὶ Λύκιοι, καὶ Κάρες· μετὰ δὲ τούτους ἡ μεταξὺ Μυκάλης, καὶ τῆς Τρωάδος ἠϊών, καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, ὧν ἁπασῶν μέμνηται· καὶ ἐφεξῆς τῶν περὶ τὴν Προποντίδα, καὶ τὸν Εὔξεινον τὰ μέχρι Κολχίδος, καὶ τῆς Ἰάσονος στρατείας. Καὶ μὴν καὶ τὸν Κιμμερικὸν βόσπορον οἶδε, τοὺς Κιμμερίους εἰδώς, (ὠδήκει τὸ μὲν ὄνομα τῶν Κιμμερίων εἰδώς, αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν) οἳ κατ' αὐτὸν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ, μέχρις Ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γὴν τὴν ἐκβοσπόρου πᾶσαν. Αἰνίττεται γοῦν καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν, ζοφῶδες ὄν, καὶ ὡς φησίν·

Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιλάμπεται ἀκτίνεσσιν, ...
Ἀλλ' [l] ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται.

Γνω-

k) ἀρξαμένῳ] ἀρξαμένη Caſaub. Vat. A. B. Stroz. A. B. Venet. A. l) ἐπὶ νὺξ] ἐπινὺξ libri Caſauboni.

que internum. Id, ſi a columnis ſumas initium, continent Africa, Aegyptus, et Phoenice: deinde terra quae Cyprum circumdat, tum Solymi, Lycii, Cares: poſtea litus quod eſt inter Mycalen et Troadem, inſulaeque ante id ſitae, quarum omnium mentionem facit: ſicut et eorum quae ſunt circa Propontidem et Euxinum usque ad Colchidem, et qua Iaſon expeditionem fecit. Cimmericum etiam Boſporum novit, ac Cimmerios ipſos, non nomen modo eorum, qui ipſius aetate aut paulo ante a Boſporo incurſiones in omnes ad Ioniam usque regiones fecerunt. Conſtitutionem quoque regionis, quam incolebant Cimmerii, per ambages ſignificat, caliginoſam ſcilicet: cum ita ſcribit:

Hos aër nebulaeque tegunt: neque ſplendidus unquam
Illuſtrat radiis [illos] *ex lumine Titan,*
Sed triſtes noctis ſeſe extendere tenebrae
Deſuper.

Iſtrum

Γνωρίζει δὲ καὶ τὸν Ἴστρον, μεμνημένος γε τῶν Μυσῶν ἔθνους Θρακίου παροικοῦντος τὸν Ἴστρον. Καὶ μὴν καὶ τὴν ἐξῆς [m] παραλίαν πᾶσαν οἶδε, Θρακίαν οὖσαν μέχρι Πηνείου· Παιονάς τε ὀνομάζων, καὶ Ἄθω, καὶ Ἀξιὸν, καὶ τὰς προκειμένας τούτων νήσους. Ἐξῆς δέ ἐστιν ἡ τῶν Ἑλλήνων παραλία, μέχρι Θεσπρωτῶν, ἧς ἀπάσης μέμνηται. Καὶ μὴν καὶ τὰ τῆς Ἰταλίας ἄκρα οἶδε, Τεμέσην καλῶν, καὶ Σικελούς· καὶ τὰ τῆς Ἰβηρίας ἄκρα, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν αὐτῶν, ἣν ἀρτίως ἔφαμεν. Εἰ δέ τινα ἐν τοῖς μεταξὺ διαλείμματα φαίνεται, συγγνοίη τις ἄν· καὶ γὰρ καὶ ὁ γεωγραφῶν ὄντως πολλὰ παρίησι τῶν ἐν μέρει. Συγγνοίη δ' ἄν, καὶ εἰ μυθώδη τινὰ [n] προσπέπλεκται τοῖς λεγομένοις ἱστορικῶς, καὶ διδασκαλικῶς· καὶ γὰ δεῖ μέμφεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἐστιν, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης, ὅτι ποιητὴς πᾶς σχάζεται ψυχαγωγίας,

m) παραλίαν — οὖσαν] παραλίαν πᾶσαν Θρακίαν οὖσαν. Vat. A. Stroz. A. in reliquis πᾶσαν deeſt. n) προσπέπλεκται] περιπλέκεται Mss. Caſaub. Venet. Interpr. prior. προσπέπλαται Vat. B. Bemb.

Iſtrum quoque notat, mentionem faciens Myſorum, quae eſt gens Thracia Iſtrum accolens. Oram quoque maritimam, quae ſubſequitur, Thraciam nimirum ad Peneum usque memorat, Paeonas nominans, et Athon, et Axium, et ante haec ſitas inſulas. Sequitur ora Graeciae maritima usque ad Theſprotos, quam univerſam commemorat. Extrema etiam Italiae cognita habet, Temeſam nominans et Siculos; itemque Hiſpaniae fines, et eorum felicitatem, ut recens docuimus. Quod autem quaedam intervalla apparent in medio, id venia dignum eſt: cum is etiam, qui deſcribendam ſibi terram ex profeſſo ſumit, multa minuta praetermittat. Ignoſcendum quoque, neque culpandum eſt, quod iis, quae hiſtorice et ad docendum accommodate narrat, fabuloſa quaedam attexit. Non enim verum eſt, quod Eratoſthenes dicit, poëtam quem-

γίας, ἢ διδασκαλίας. τ' ἀναντία γὰρ οἱ φρονιμώτα- pag. 7.
τοι τῶν περὶ ποιητικῆς τι φθεγξαμένων, πρώτην τινὰ λέγουσι φιλοσοφίαν τὴν ποιητικήν. Ἀλλὰ πρὸς Ἐρατοσθένη μὲν αὖθις ἐρῶμεν διὰ πλειόνων· ἐν οἷς καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ πάλιν ἔσται λόγος.

Νυνὶ δὲ ὅτι μὲν Ὅμηρος τῆς ο γεωγραφίας ἦρξεν, εἰρήκειτω τὰ λεχθέντα. Φανεροὶ δὲ καὶ οἱ ἑπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι, καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας· ὧν τοὺς πρώτους μεθ' Ὅμηρον, δύο φησὶν Ἐρατοσθένης· Ἀναξίμανδρόν τε, Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον καὶ πολίτην, καὶ Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον· τὸν μὲν οὖν, ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα· τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα, πιστεύμενον ἐκείνου εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς.

Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ πρὸς ταῦτα p πολυμαθείας, εἰρήκασι συχνοί. Εὖ δὲ καὶ Ἵππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη διδάσκει, ὅτι παντὶ καὶ ἰδιώτῃ,

o) τῆς γεωγραφίας] Sic omnes Codd. vulgo τῆς γεωγραφικῆς. p) πολυμαθίας] φιλομαθίας Bemb.

quemque poſthabita ratione docendi, oblectationem venari. Contrarium enim prudentiſſimi eorum, qui de poëtica aliquid locuti ſunt, pronunciaverunt, quippe eam eſſe primam quandam philoſophiam. Sed alio loco plura contra Eratoſthenem diſſeremus, ubi et rurſus de poëta nobis ſermo erit.

Nunc haec dixiſſe ſufficiat, ut doceremus Homerum Geographiae eſſe principem. Illuſtres ſunt etiam, qui eum ſecuti ſunt, viri magni nomi-

nis et philoſophiae familiares. Quorum duos poſt Homerum primos Eratoſthenes ait fuiſſe, Anaximandrum Thâletis diſcipulum atque civem, et Hecataeum Mileſium: quorum ille primus Geographicam ediderit tabulam, hic ſcriptum reliquerit, cuius ipſum eſſe autorem ex caeteris eius ſcriptis probetur.

Iam id multi dixerunt, ad has res multiplici opus eſſe rerum cognitione. Praeclare etiam Hipparchus in iis, quae adverſus Eratoſthenem

τη, καὶ τῷ Φιλομαθῶντι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας προσηκούσης, ἀδύνατον λαβεῖν, ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων καὶ τῆς τῶν ἐκλειπτικῶν τηρήσεων ἐπικρίσεως· οἷον Ἀλεξάνδρειαν τὴν q πρὸς Αἰγύπτῳ, πότερον ἀρκτικωτέρα Βαβυλῶνος ἢ νοτιωτέρα, λαβεῖν r οὐκ οἶόν τε ἀφ' ὁπόσον διάστημα, χωρὶς τῆς διὰ τῶν κλιμάτων ἐπισκέψεως. Ὁμοίως τὰς πρὸς ἕω s παρακεχωρηκυίας, ἢ πρὸς δύσιν μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐκ ἄν γνοίη τις ἀκριβῶς, πλὴν ἢ διὰ τῶν ἐκλειπτικῶν ἡλίου καὶ σελήνης συγκρίσεων· ὅτος t δὲ δὴ τοιαῦτα φησιν.

Ἅπαντες ὅσοι τόπων ἰδιότητας λέγειν ἐπιχειροῦσιν, οἰκείως προσάπτονται, καὶ τῶν οὐρανίων, καὶ γεωμετρίας, σχήματα, u καὶ μεγέθη, καὶ ἀποστήματα, καὶ κλίματα δηλοῦντες, καὶ θάλπη, καὶ ψύχη, καὶ ἁπλῶς τὴν τοῦ περιέχοντος φύσιν. Ἐπεὶ καὶ οἶκον

q) πρὸς Αἰγύπτῳ] ita omnes Codd. Editi ἐν Αἰγύπτῳ. r) οὐχ' οἷον τε] οὐχ οἷος τε. Mss. Casaub. Bemb. Reg. Stroz. Venet. s) παρακεχωρηκυίας] προπαρακεχωρηκύας Reg. t) δὲ δὴ τοιαῦτα] οὕτως δὲ δὴ ταῦτα. Venet. ὁ δὲ δὴ Casaub. Bemb. γὲ δὴ τ. Casauboni coni. u) καὶ μεγέθη καὶ ἀποστήματα] Desunt in Venet. A.

scripsit, docet, neminem, cum illiteratum tum disciplinis deditum, absque cognitione rerum coelestium et defectuum solis ac lunae, ullo recto modo geographiae studium tractare posse. Verbi gratia, Alexandria, quae in Aegypto est, ad septemtrionesne an ad austrum magis Babylone inclinet, et ad quantum spatium, deprehendi non potest sine consideratione rationis climatum. Similiter quae versus orientem aut occidentem magis minusve sint sita, exacte sciri sine comparationibus Solis et Lunae eclipticis nequit.

Haec quidem ait Hipparchus. Quicunque locorum proprietates aggrediuntur explicare, praecipue utuntur rerum coelestium et geometriae cognitione, dum figuras, magnitudines, intervalla, et constitutionem locorum declarant, et frigus et aestum, et aëris temperiem. Si autem domum aedificaturus

ἢ κατασκευάζων οἰκοδόμος ταῦτα ἂν προορῷτο, καὶ πόλιν κτίζων ἀρχιτέκτων· μή τι γε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκουμένην ἀνήρ· πολὺ γὰρ τούτῳ προσῆκε μᾶλλον. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς μικροῖς χωρίοις, τὸ πρὸς ἄρκτους τι ἢ πρὸς νότον κεκλίσθαι, παραλλαγὴν ἐ πολλὴν ἔχει. ἐν δὲ τῷ παντὶ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης, πρὸς ἄρκτον μὲν τὸ μέχρι τῶν ὑςάτων ἐςὶ τῆς Σκυθίας, ἢ τῆς Κελτικῆς· μέχρι δὲ τῶν ὑςάτων Αἰθιόπων, τὰ πρὸς νότον· τοῦτο δὲ παμπολλὴν ἔχει διαφοράν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ παρ' Ἰνδοῖς οἰκεῖν, [x] ἢ παρ' Ἴβηρσιν· ὧν τοὺς μὲν ἑώους μάλιςα, τοὺς δὲ ἑσπερίους, τρόπον δέ τινα καὶ ἀντίποδας ἀλλήλοις ὡμεν.

Πᾶν δὲ τὸ τοιοῦτον ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων pag. 8.
ἀςέρων κινήσεως τὴν ἀρχὴν ἔχον, καὶ ἔτι τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς, ἀναβλέπειν ἀναγκάζει πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα παρ' ἑκάςοις ἡμῶν, τῶν

x) ἢ παρ' Ἴβηρσιν] Sic omnes libri ſcripti; editi habent ἢ Ἰβήρεσιν.

rus faber et urbem condens architectus haec omnia proſpiciat: nonne et totum orbem animo concipiens vir, cui multo magis ea conveniunt? Nam in exiguis ſpatiis non magnam diverſitatem parit verſus ſeptemtrionem aut meridiem inclinatio. In univerſo autem terrae habitabilis circulo, in quo verſus ſeptemtrionem regiones dicuntur, quae usque ad extrema Scythiae vel Celticae, et verſus meridiem, quae usque ad ultimos Aethiopas ſunt; in eo permultum eſt diſcriminis. Itemque plurimum intereſt, apud Indos ne habitetur, an apud Hiſpanos: quorum alteros maxime orientales, maxime occidentales alteros, ac quodammodo hos illorum antipodas eſſe ſcimus.

Quae huius ſunt generis omnia, cum ſolis aſtrorumque reliquorum converſionem, nec non motum verſus centrum principii loco habeant, ſuſpicere nos ad coelum iubent, et ad ea quae in coelo unicuique noſtrum apparent: in quibus ſane magna

ἀρανίων· ἐν δὲ τούτοις ἐξαλλάξεις ὁρῶνται παμμεγ
θεις τῶν οἰκήσεων. Τίς ἂν οὖν διαφορὰς τόπων ἐ
τιθέμενος, καλῶς καὶ ἱκανῶς διδάσκοι, μὴ φροντίσα
τούτων μηδενὸς μηδ' ἐπὶ μικρόν; Καὶ γὰρ εἰ μὴ δυνα
τὸν, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὴν τοιαύτην ἅπαντα ἀκρ
